

mente accennato che nei paesi occupati militarmente troppo poco possono farsi valere le autorità centrali di governo. Vidi poi subito (e lo vedo continuamente a mille segni e indizii), quanto ciò sia vero. E certo non ci voleva meno di tutti quegli alti incontri perch'io potessi prontamente continuare il mio viaggio per Varsavia, dov'ero atteso per la festa del Corpus Domini, ed assicurare il libero transito alla frontiera Germano-Polacca (Alexandrovo)¹⁹⁸ al mio Segretario¹⁹⁹, arrivato infatti ieri mattina, grazie a Dio, felicemente.

Ero a Varsavia verso il mercoledì del giorno 29, fatto segno a commoventi accoglienze già nel tragitto da Alexandrovo e più ancora alla stazione d'arrivo, dove S. Eccellenza Mons. Kakowski mi attendeva con larghe rappresentanze del clero e del laicato e con indimenticabili dimostrazioni sue e di tutti di gioia, di pietà e di fede.

In attesa che si trovasse conveniente alloggio scendevo all'Arcivescovado, dove mi trovo, ospite accarezzato da ormai otto giorni, in procinto di trasferirmi, ciò che farò questa sera stessa, nel quartiere trovatomi dopo molte ricerche da Mons. Gall, rettore del Seminario²⁰⁰, e cedutomi con incomparabile cortesia e bontà da Mons. Brzeziewicz, parroco della chiesa di S. Alesandro, un santo e - ciò che non nuoce - un ricco sacerdote²⁰¹. E' così risolta una grave difficoltà, con non grave dispendio e con pieno decoro della S. Sede, decoro al quale le prime ricerche e trattative mi fecero temere di non poter provvedere se non con ispesa fantastica. La presenza di molti Tedeschi civili e militari, i molti reduci e profughi dalla Russia fan sì che di appartamenti liberi non se ne trovano che pochi, più a prezzi altissimi, prezzi che sono del resto proporzionati a quelli di tutte quante le cose, nessuna eccettuata, e in confronto dei quali il rincaro di Roma è un lautissimo buon mercato. Ed anche per la vita credo d'aver combinato in modo relativamente ottimo, se pure si può dire così.

Il pontificale e la solennissima commovente processione del Corpus Domini gentilmente deferitami da Mons. Kakowski aveva già servito di pubblica presentazione. Ma in questi otto giorni ho poi visitato chiese ed istituti, veduti ed uditi moltissimi del clero urbano e del laicato (Sua Eccellenza mi

¹⁹⁸ Aleksandrów Kujawski, oppidum 21 km a Torunia versus meridiem distans.

¹⁹⁹ Ermenegildus Pelleggrinetti.

²⁰⁰ Stanislaus Gall (1865-1942). Postea epus auxiliaris Varsaviensis (nominatus 29 VII 1918). A 8 II 1919 usque ad 9 IV 1933 exercituum Polonorum castrensis antistes. 16 II 1933 nominatus aepus titularis Carthiensis. A 5 I 1938 vicarius capitularis, deinde (6 I 1940) administrator apostolicus archidioecesis Varsaviensis.

²⁰¹ Eusebius Michael Brzeziewicz (1858-1944). Presbyteratus ordinem a. 1881 suscepit. A. 1879-1882 in Academia Spirituali Petropolitana studiis vacabat, ubi gradum candidati s. theologiae assecutus est. Postquam per unum annum (1882/1883) in consistorio Varsaviensi laboravit, nominatus est vicarius in paroecia Sanctae Crucis et ab a. 1889 magister religionis in gymnasio. A. 1898 concredita est ei administratio paroeciae Sancti Alexandri, cuius a. 1904 nominatus est parochus. A. 1911 dignitate praelati pontificii ornatus est, a. autem 1919 factus est canonicus gremialis Capituli Metropolitani Varsaviensis. Cfr. Z. Badowski, *Ksiądz Eusebiusz Brzeziewicz (1858-1944) i nuncjusz apostolski arcybiskup Achilles Ratti* [Sac. Eusebius Brzeziewicz (1858-1944) et nuntius apostolicus A. Ratti]. In: *Chrześcijan*, T. 19, Niepokalanów 1992, p. 33-54.

presentava il clero quasi al completo la sera del giorno 31 e sabato sera farà un largo ricevimento di rappresentanti dei diversi ceti ed ordini del laicato), amministrate molte centinaia di cresime anche nei sobborghi, ricevute e rese già parecchie visite ad autorità e privati. Sarebbe evidentemente immaturo qualsiasi mio giudizio, ma è certamente oggettiva e rispondente alla verità l'impressione che tutti i Polacchi sono penetrati di profonda gratitudine e sono in preda ad una grande consolazione come di un grande onore e di un grande beneficio, arra di benefici anche maggiori, vedendo nel proprio mezzo il segno tangibile del pensiero e dell'affetto del S. Padre, al quale da tutte le parti vanno benedizioni senza fine, talvolta con particolari estremamente commoventi. Ier l'altro per es. era un santo e più che ottuagenario sacerdote che ora va spegnendosi tra la generale venerazione in uno di questi spedali dove lo incontravo, dopo aver passati circa 20 anni di duro esilio in Siberia; non dimenticherò mai la sua gioia e le sue benedizioni.

Accanto e sopra i Polacchi sono i Tedeschi occupanti. Essi hanno già passate parecchie pubbliche partite al Consiglio di Reggenza ed a' suoi ministri; hanno essi stessi introdotto un'amministrazione civile (*Civilverwaltung* accanto al Comando Militare), ma nella evidente realtà tutto dipende da essi e tutto è governato militarmente o sotto il controllo militare. Segnatamente rimangono in mano loro le finanze, i trasporti, le poste, il culto (non le scuole fortunatamente; forse si tiene la mano sul culto per assicurare condizioni buone alle confessioni acattoliche e «amministrare» il più a lungo possibile i fondi già «amministrati» dai Russi); la censura [è] severissima.

I contatti che ho avuto nelle visite fatte e ricevute (più ancora che le informazioni qui sempre estremamente bisognose di quarantena), mi inclinano a ritenere che a queste autorità militari la mia presenza e la mia missione non sono molto gradite. Ho sondato e fatto sondare il terreno sul punto della mia libera circolazione e corrispondenza epistolare e telegrafica, e finora nessuna risposta definitiva, fors'anche per l'assenza del governatore generale von Beseler, che è pure, a giudizio di tutti, l'elemento più conciliante da quella parte. Fra quindici giorni egli sarà di ritorno e vedrò d'andare in fondo riferendone al più presto a V.ra Eminenza. Intanto non corrisponderò che valendomi di speciali occasioni sicurissime, come faccio questa prima volta.

Il giorno 20 corrente, il centenario dell'elevazione della Sede di Varsavia ad arcivescovado e la contemporanea inaugurazione del nuovo Consiglio di Stato²⁰², daranno luogo anche ad una Conferenza degli Eccellentissimi Vescovi di questa provincia ecclesiastica. Ho approfittato della convocazione per mandare loro il mio riverente saluto²⁰³ e spero avere ottima occasione di

²⁰² *Consilium Status in locum Consilii Status Temporarii subrogatum est* (14 I 1917-25 VIII 1917). *Eius inauguratio celebrata est* 21 VI 1918. *Decreto Consilii Regentium* 7 X 1918 est abrogatum.

²⁰³ *Sermonem Achillis Ratti vide* N. 34.

vederli tutti quanti riuniti, seppure non mancherà quello di Kielce²⁰⁴, che già mi ha mandato il suo benvenuto per uno de' suoi Canonici²⁰⁵, con insinuarmi che per tutto il mese di Giugno sarà in visita pastorale e probabilmente solo più tardi potrà venire a trovarmi²⁰⁶; vero è che non era ancora partita la convocazione di cui sopra.

Mons. Kakowski mi prega di riverirla da parte sua ed in suo nome ed io mi onoro di farlo.

La prego, Eminenza, di mettermi ai piedi di S. Santità e di ripeterLe tutta la mia devozione e riconoscenza. Le bacio la S. Porpora, le rinnovo i più vivi ringraziamenti per tutte le sue bontà e me Le professo umil.mo, dev.mo, obb.mo servo

A[chille] Ratti
Visitatore Apostolico

N. 19.

Adamus Stephanus Sapieha, epus Cracoviensis
Achilli Ratti

[Cracoviae], 6 VI 1918.

Transmittit exemplar memorialis libelli archiepiscoporum Leopoliensium ad Benedictum XV de condicione Ecclesiae Catholicae in terra Chelmensi et de negotio Ecclesiae unitae datum.

Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 3r-v, cum adnotatione manu Ratti: "Ricevuto 9 giugno 1918 per mezzo del Dr. Godlewski con 1 allegato". Annexum (cop.dactylogr.) in f. 5r-23r.

Eccellenza Rev.ma,

L'Arcivescovo latino²⁰⁷ ed armeno²⁰⁸ di Leopoli mi hanno mandato il memoriale sulla questione della Chiesa unita, che mando in copia a V.ra Eccel-

²⁰⁴ Epus Augustinus Łosiński.

²⁰⁵ Antonius Bożek. Cfr. supra, N. 15.

²⁰⁶ Vide infra commercium epistularum, quod de hac re inter visitatorem apostolicum Ratti et epum Łosiński intercessit, N. 29, 31, 35.

²⁰⁷ Iosephus Bilczewski (1860-1923). Presbyteratus ordinem suscepit 15 VII 1884. Ab a. 1891 professor theologiae dogmaticae in Universitate Ioannis Casimiri Leopoli. Aepus Leopoliensis nominatus est 17 XII 1900.

²⁰⁸ Iosephus Theophilus Teodorowicz (1864-1938). Ordines sacerdotales suscepit 2 I 1887. A capitulo electus (30 V 1901), ad archiepiscopum Leopoliensem Armeniorum confirmatus est 16 XII 1901.

lenza, perché Le sarà necessario per poter giudicare questi affari così attuali. L'originale mando per mezzo della Nunziatura di Vienna a Roma.

Spero che Ella si trova bene a Varsavia, benché m'immagino questi affari Le hanno già presentato. Raccomandandomi alle preghiere, prego V.ra Eccellenza Rev.ma d'accettare l'espressione della mia profonda stima

dev.mo
Adamo Sapieha
Vescovo di Cracovia.

Annexum :

Iosephus Bilczewski, aepus Leopoliensis Latinorum,
et Iosephus Theophilus Teodorowicz, aepus Leopoliensis Armenorum
Benedicto XV, pontifici maximo

De Ecclesia Catholica in Terris Chelmensi et Podlachiensi commentarius

Beatissime Pater!

Pacis conditionibus, quam Monarchia Austriaco-Hungarica et Imperium Germanicum cum Ucraina Brestiae Lithuanorum die 9. Februarii a. 1918 composuerunt, Regni Poloni pars abscissa et, cum neque populus Polonus neque senatus Poloniae ut dicerent, quae sentirent sint rogati, nascenti rei publicae Ucrainensi adiudicata est. Quae pars, cuius magnitudo circa 14000 km², numerus autem incolarum supra 1100000 est, terra Chelmensis nominari solet et a septemtrionalibus finibus provinciae Galiciae ad utramque ripam fluminis Bug usque ad vicum Mielnik²⁰⁹ porrigitur. Hac nova igitur Regni Poloniae partitione universus populus Polonus, toto pectore commotus atque laesus, terrae patriae raptui in publico intercessit.

Quae cum ita sint, nos episcopi Poloni haud dubii, quin pacis Brestiae Lithuanorum factae leges permagnam Polono populo iniuriam intulerint et, quae res nobis multo maioris momenti esse videtur, causis rationibusque Ecclesiae gravissimo si[n]t periculo, officium nostrum optima fide exsequi videmur, rem totam ad pedes Tuos, Pater Sanctissime, referentes.

I. Rationes historicae

Legibus pacis Brestiae compositae rei publicae Ucrainensi Chelmensis terra adiudicata in duas partes origine diversas distribuitur: [5v] in partem

Fuit membrum Camerae Procerum Austriacae (Herrenhaus), legatus ad Dietam Reipublicae legibus ferendis constitutum (1919-1921) et senator (1922-1923).

²⁰⁹ Circiter 60 km a Brestia versus septemtrionem distans.

in meridiem versam, quae Chelmensis terra vocatur, et in partem septentrionalem, quae Podlachia dicitur.

Terra Chelmensis

Iam incunabula rerum gestarum Polonorum indicant terram Chelmemsem ab antiquissimis temporibus ad Poloniam pertinuisse. Pars igitur Poloniae erat, et primum saec. XIII ineunte, cum principes Poloni inter se armis de potestate disceptarent, in manus ducum Vladislaviae [sic] et Haliciae venit et tum demum his locis coloniae Ruthenorum constitui potuerunt. Post brevem ducum Lithuanorum dominationem potitus est terra Chelmensi a. 1366 Casimirus Magnus²¹⁰ Polonorum rex et abhinc perpetuo terra haec ad Poloniam pertinebat. A. 1807 cum ducatus Varsoviensis fieret, adiuncta est ei terra Chelmensis, quae postea in conventu Vindobonensi a. 1815 novo Regno Polono ab eodem conventu facto attributa est.

Podlachia

Quae cum ita se habeant, Chelmensis terra Ruthenorum nunquam erat; hoc idem de Podlachia dici et statim potest. Quas regiones Jadźwingi (Jadwingi, Jazygi) incolebant, fortis atque bellicosa Lithuanorum stirps, quae semper vicinas terras Polonas Ruthenasque opprimebat vimque eis inferebat. Ab utraque parte acriter semper pugnatum est, quibus in proeliis Jadźwingorum stirps a Polonis ducibus penitus excisa est. Itaque pars Podlachiae iam XII saec. exeunte a Polonorum ducibus est occupata, sed iam saec. XIII exeunte usque ad saec. XIV medium possessores Podlachiae saepe varii erant: regnabat ibi aliquamdiu dux Ruthenus, mox postea varia fortuna et mutabili duces Poloni et Lithuani. Ab a. 1444 ad Lithuaniam Podlachia pertinebat, sed iam a. 1569 conventio generalis Lublinensis, communem populi voluntatem secuta, eam Regno Poloniae adiudicavit, cum quo usque ad partitionem Poloniae assidue coniuncta erat. Post conventum Vindobonensem pars Podlachiae ad occidentem et meridiem versa cum Regno Polono ab eodem conventu facto constricta est.

[6r] II. Rationes ethnographicae

Rationes de temporum memoria ductae

Terrae eae non solum pars imperii Polonorum erant, sed etiam ab incolis eiusdem nationis atque Poloniae regiones hae tenebantur. Terra Chelmensis fines Polonorum et Ruthenorum dividebat, nimirum in eam partem, quae inter meridiem et orientem solem spectat, ruthenicae coloniae deducebantur, qua autem ad occidentem vergit, polonicae. Indigenam vero fuisse nationem Polonam et inde ab antiquissimis temporibus sedes suas ibi ha-

²¹⁰ Casimirus Magnus (1310-1370), rex Poloniae ab a. 1333.

buisse aliquot argumentis ex rerum memoria petitis confirmari potest.

Atque: 1) Insignia generum viri nobiles eius terrae maximam partem Polona habebant.

2) Ab saec. XV ineunte iudicia erant Polona et secundum leges atque iura Polonorum iudicabatur.

3) Ut in iudiciis ita in conventibus sermo Polonorum adhibebatur, libri autem eodem quo in Polonia scribebantur sermone, id est latino, non ruthenico.

4) Tota ea regione circa sexaginta aedes sacrae romano-catholicae extabant ad usum Polonorum videlicet, cum Rutheni schismatici essent. Quae templa saec. XIV et XV aedificata sunt.

Terra Podlachiensis multo magis Polonam speciem exhibebat, nam Jądźwingis, qui eam regionem tenuerant, extinctis, plurimae in ea loca coloniae e terra Polona Masoviensi deducebantur, cum vix pauci Rutheni Wolhy-nienses in extrema parte Podlachiae, qua ad orientem vergit, in ulteriore Bugi ripa, domicilia sua collocarent.

Dicionis Polonae eam terram fuisse testantur: 1) nomina pauperiorum nobilium conscripta saec. XVI ineunte dilectus habendi causa;

[6v] 2) libri iudiciales iam ab initio (medio saec. XV) non ruthenice scriptae, sed ut in Polonia latine, multis et vocabulis et lectionibus Polonis intermixtis;

3) iura atque leges Poloniae, secundum quae terra Podlachiensis administrabatur, etiam quo tempore (inde a saec. XV medio ad saec. XVI medium) ducibus Lithuaniae obnoxia erat. Concesserunt id enim duces Lithuanici Podlachiae incolis, ne qua seditio contra se oriretur, velut a. 1440 adversus Lithuaniam exsurrexerunt, cum imperium eius ducum detrectarent finitimae terrae Masoviensi adiungi affectantes;

4) a magistratibus Lithuaniae postulabant Podlachienses, ut litterae, quae ad se mitterentur, polonice tantum aut latine componerentur, cum lingua et scriptio ruthenica in Lithuania vulgo usurpata apud se a nemine intelligeretur.

Terram Chelmensem Polonam esse etiam tempora non ita a nostra aetate remota testantur. Cum Russi fideles Ecclesiae Romanae per supradictam unionem adiunctos in terra Chelmensi et in Podlachia persequi coepissent, primum linguam Polonam petebant, quae in aedibus sacris ritus graeco-catholici usurpabatur in omnibus praeter Missam sacris. Quam late lingua Polona adhibita sit quamque adamata a populo, non solum Joannes Kaliński, episcopus graeco-catholicus Chelmensis (1863-1866)²¹¹ testatur, sed etiam infestissimus Polonis eius legitimus successor Michael Kuziem-

²¹¹ Ioannes Nicolaus Kaliński (1799-1866). Suscepto presbyteratus ordine, in cura animarum occupatus erat. A. 1863 nominatus est coadiutor epi Chelmensis. Mense Septembri 1866 Viatcam deportatus, ubi 19 X de vita decessit. Propter interdictionem auctoritatis Russicae tempus ei defuit, ut consecrationem episcopalem acciperet. Cfr. Likowski II, p. 163-171; Amman, p. 527-528.

ski (1868-1871)²¹², Ruthenus e Galicia oriundus. Si quis sacerdos ruthenice de rebus divinis dicere ausus erat, - magistratus Russici se centenos denarios Russicos soluturos pro lecta ex libro Ruthenico e Galicia importato oratione promittebant, - populus praecipue Podlachiensis statim aedem relinquebat clamante multitudo: "Noli nos ruthenice alloqui sed polonice, nam quod Ruthenicum est, mox Russicum fiet". Saepius accidit, ut sacerdos e suggestu detractus ex aede educeretur, nam ruthenice loquendo apostasiae suspicionem movebat. Plurimi sacerdotes libros [7r] Ruthenicos a magistratibus Russicis sibi missos remittebant causam interponentes linguam eam in suo pago a nemine intelligi.

Cuiusnam nationis incolae nunc in terra Chelmensi sint. Si quis argumenta e rerum petita ad demonstranda iura Polonorum ad terram Chelensem pertinentia minoris momenti putat, nova e praesenti rerum statu petemus. Census a magistratibus Russicis instituti omnes graeco-orthodoxos Russis adnumerabant. Putabantur autem orthodoxi etiam ii Poloni ritus latini, qui adhuc exstante unione (ad a. 1875)²¹³ ipsi aut parentes eorum aut avi in aede graeco-catholica baptisati erant (nam sacerdotes latini et graeco-catholici, cum nihil infesti inter utrumque ritum intercederet, saepius alter alterius vice fungebantur). Orthodoxi etiam ii putabantur, qui per vim inter orthodoxos inscripti, numquam se orthodoxos confessi, semper a sacris schismaticorum abstinebant. Numerus eorum "contumacium" - ita a Russis dicebantur - erat circiter 80 000, quamquam haec et alia Russi susceperant, tamen non poterant in omnibus pagis maiorem orthodoxorum numerum exhibere. Census a magistratibus Russicis d. 1 I 1905 institutus orthodoxorum numerum statuit:

in districtu	Krasnystaw	11 436	capita seu	9,5%
	Zamość	28 540		20,0%
	Biłgoraj	37 090		31,0%
	Chel'm	72 866		41,3%
	Hrubieszów	73 055		53,3%
	Tomaszów	48 824		45,2%
	Sokołów	5 962		7,9%
	Biała	51 358		59,6%
	Siedlce	2 729		2,8%
	Konstantynów	37 138		49,7%
	Radzyń	32 051		32,5%
	Włodawa	64 357		56,6%
	summa	465 406		34,0%

²¹² Michael Kuziemski (1809-1879). Ordinem presbyteratus accepit a. 1833. Epus Chelmensis nominatus est a. 1868. Difficultates, quas in administranda dioecesi subire debebat, effecerunt, ut a. 1871 ei renuntiaret.

²¹³ A. 1875 dioecesis Chelmensis Graeco-catholica Ecclesiae orthodoxae annexa est.

Post edictum de tolerantia adversus dissidentes in rebus divinis adhibenda die 17 IV 1905 propositum non solum illi manifesti "contumaces" 80 000, sed etiam alii, qui se iam orthodoxos plane factos simulabant, ad fidem catholicam ritus latini transgressi sunt. Hoc nempe anno numerus eorum "conversorum" qui dicebantur, 118 000 effectus est, et quidem:

In districtu	Bілgoraj	6 178 capita
	Chełm	14 570
	Hrubieszów	10 766
	Krasnystaw	3 371
	Tomaszów	6 631
	Zamość	14 644
	Biała	18 793
	Konstantynów	21 910
	Sokołów	4 203
	Radzyń	5 917
	Włodawa	8 110
<u>Qui ad tempus in alio pago erant</u>		<u>3 000</u>
	summa	118 093

Quae cum ita essent, numerus orthodoxorum vehementer imminui coepit adeo, ut etiam in eis pagis, in quibus multitudine prius catholicos superabant, pauciores essent et longe alia ratio inter utrumque numerum intercederet, id quod etiam publice editae a magistratibus Russicis rationes demonstrant.

His enim actis numerabantur orthodoxi:

in districtu	Bілgoraj	25,9 %
	Chełm	32,1 %
	Hrubieszów	47,6 %
	Krasnystaw	5,9 %
	Tomaszów	38,2 %
	Zamość	9,5 %
	Biała	24,8 %
	Konstantynów	7,6 %
	Radzyń	3,6 %
	Siedlce	1,3 %
	Włodawa	38,6 %

Eae rationes immutatae sunt aliquantum sequentibus annis, sed ita ut numerus latino-catholicorum Polonorum cresceret, - Polonorum dico, nam iis regionibus confessione natio significatur. Anno 1906 ad fidem catholicam transierunt in provincia Siedlcensi (Siedlce) 4 456, in Lublinensi 6 688 personae, a. 1907 vero in illa provincia 1 613, in hac 1 983, ita ut annis 1905-

1909 in his duabus provinciis 151 439 homines Ecclesiae catholicae adhaeserint. Monendum tamen videtur multo plures transgressos esse, sed magistratus Russici id pro rato non habebant, si quis inter annum vitae 14 et puberem aetatem religionem mutaverat. Multi quoque maiores natu inter orthodoxos conscribentur, cum legitima quaedam plurima exsequi non possent. Post edictum de tolerantia propositum nihilominus Poloni ut ante legem prohibebantur, quominus magistratibus fungerentur, ex collegio argentariorum rusticorum pecuniam mutuarentur, ex societate Hrubiesovia nomine Staszic²¹⁴ fructum caperent etc. Si tamen provincia Chelmensis a. 1912 facta, quamvis magistratus imperii Russici Polonos omni modo persequi perseveraverint, cum orthodoxos summo opere adiuvarent, tam parvum numerum orthodoxorum exhibet, nam tota provincia conventus, qui Duma dicitur, consulto instituta, catholicorum erat 467 432 seu 52,60%, orthodoxorum vero tantum 278 311 seu 31,32% (Judaeorum 12,87%, Evangelicorum 3,2%), num est opus firmiore documento [8v] terram eam Polonorum esse?

De incolis tempore belli

Optime autem rebus hoc bello gestis demonstrandum est, quid ei multitudini orthodoxorum cum ea terra esset. Cum exercitus Russici a. 1915 se in interiores partes imperii recepissent, omnes fere orthodoxi vel sua sponte vel ab exercitibus coacti emigraverunt. Etiam Poloni cogeantur, idem ut facerent, nam Russi advenientibus exercitibus Austriae et Germaniae vacua loca et vasta relinquere in animo habebant, sed Poloni omni modo, ne id facerent, enitebantur: modo in silvis se abscondebant, modo facultate data ad suas sedes revertentur. Secundum publicas rationes (conscriptiones) Austriacas demigraverunt de pagis Biłgoraj, Chełm, Hrubieszów, Krasnystaw, Tomaszów, Zamość 174 674 homines, inter quos supra 25 000 catholicorum, 150 000 orthodoxorum. Quare factum est, ut ratio, quae inter utramque confessionem intercedit, plane mutaretur. Rationes a magistratibus Austriacis (Austria occupavit partem terrae Chelmensis meridionalem, Germani septentrionalem) a. 1916 factae ostenderunt:

in districtu	hominum	Polonorum	inter 100 christianos Polonorum
Biłgoraj	71 761	70 000	98
Chełm	75 947	60 000	79

²¹⁴ Stanislaus Staszic (1755-1826), sacerdos, vir doctus, rerum publicarum peritus. Ab a. 1808 praeses Societatis Amicorum Scientiarum. A. 1816 Hrubiessoviae condidit Societatem Agricultorum, simulque rusticos in bonis suis a servitute liberavit eisque agros in communem proprietatem dedit. A. 1807-1812 membrum Camerae Educationi praepositae, et ab a. 1815 Commissionis Confessionum Religiosarum et Institutionis Publicae. A. 1816-1824 moderator Departimenti Industriae et Artium, necnon membrum Consilii Status Regni Poloniae.

Hrubieszów	57 063	52 000	91
Krasnystaw	99 233	98 500	99
Tomaszów	66 251	62 000	94
Zamość	117 088	115 000	98
summa	487 343	457 500	90

Rationes ad eam partem pertinentes, quae a Germanis occupata est, non exstant excepta regione Włodaviensi (Włodawa), ubi rationes collegerunt magistratus Germani: numerus incolarum [9r] (exceptis iis, qui ad tempus ibi habitant) eius regionis est 26 652, in quo Polonorum 17 461, Russorum 1 564, Judaeorum 7 622, Ucrainensium-Ruthenorum 23. Atque ea regio ante bellum inter eas referebatur, in quibus plurimi orthodoxi habitarent (38,6%).

Iam nunc praedicare possumus eos, qui demigraverunt, non eodem redituros numero, quo exierint, cum praeter plurimos, qui erroribus longis acti mortui sunt, non possint reverti magistratus Russici et permulti coloni. Qui autem reverterint, ope et tutela magistratuum imperii Russici privati, Polonis opponi non potuerunt.

De scholis

Qui remansit in terra Chelmensi populus, non dissimulavit se Polonum esse: documento est praeter multas societates Polonas, quae ultimo tempore ibi exstiterunt, praeter consulta conventuum, quibus ostenditur contra incolarum voluntatem terram illam a cetera Polonia abripi et Ucrainae adiungi, rationum conspectus, quem supra proposuimus, confectus a magistratibus Austriacis et Germanicis, id est viris, quos - nisi Polonis infesti sunt - sine ira et studio se gessisse in ea re perficienda consentaneum est. Huc accedit, ut scholae Polonicae diligenter et summa cum cura ibi instituantur, id quod eo gravioris momenti est, quod neque Poloni e Galicia oriundi neque e Regno, quod dicitur, Polono eos in ea re adiuvere magno opere poterant, cum opes et facultates plurimorum bello fractae et imminutae essent. Itaque in parte ab Austria occupata exstant:

in districtu	scholae	cum circa liberorum
Chełm	108	8 000
Hrubieszów	107	6 500
Tomaszów	123	7 000
Biłgoraj	65	6 000
Krasnystaw	128	10 000
Zamość	164	14 000
una in sex pagis sunt	695	52 000

[9v] sive singulae scholae in quaque regione 13 km² patent (in Galicia 12 km²) et inter 1 000 incolas 103 liberi scholam frequentant (in Galicia 129). Sumptum dimidium fere (40%) ipsi incolae impediunt, quod restat imperium occupans e tributis de incolis coactis persolvit. Scholae eae Polonicae sunt, neque alias populus vult, quod ex iis patet, quae in districtu Tomaso- viensi acciderunt, ubi tribunus militum regioni toti praepositus, baro Schenk, animum rebus, quae ad scholam pertinent, diligentius ipse adverterat. Districtus ille ante bellum 38% orthodoxos exhibuerat et interrogati ab eo, quem supra nominavimus, incolae, num scholam Ucrainicam vellent, negaverunt et potius se omnes sumptus facturos, dummodo scholam haberent Polonam, declaraverunt. In districtu Hrubiesoviensi, qui ante bellum plurimos orthodoxos exhibuerat (47,6%), in 192 vicis vix tres Ucrainicas scholas poposcerunt, quamvis Ucraini in animis temptandis nihil inexpertum reliquissent.

In regione a Germanicis occupata, ubi Poloni sine dubio multo difficilior conata sua perficere possunt, incolae Poloni suis viribus usi, neque a quovis adiuti, seminarium ad excolendos magistros Lesnae, gymnasium Bialae, praeterea 5 scholas infimas Bialae et 25 in vicis condiderunt. Propter penuriam magistrorum, cum magistros deduci de Polonia aut Galicia vetent Germani, multis difficultatibus in discendo liberi et rectores in docendo obstringuntur. Ucrainae scholae exstiterunt circa decem, quamvis Germani omnia movissent, ut quam plurimae scholae Ucrainicae existerent. Nam captivos Russicos, inter quos Ucrainenses erant, e Germania deduxerunt, eosque passim vicos et oppida circumire passi incolarum animos temptare eisque persuadere iusserunt, ut se Ucrainenses faterentur, cum eodem Poloni omnimodo non admitterentur. Itaque Germani captivorum castris, quae sunt Rastadtiae (ducatus Baden)²¹⁵, die 21 I 1917 27 homines Ucrainenses in loca a se in terra Chelmensi occupata miserunt, ut id affectarent. [10r] Quorum agitatorum numerus ad annum 1917 medium usque ad 200 crevit. Quid illi in regione Włodawa ante bellum tot orthodoxos exhibente (38,6%) profecerint, iam commemoravimus: 23 Ucrainenses, cum caeteri se Polonos esse professi sint.

Quam Polonus Chelmensis populus sit, ipsi Ucrainenses e Galicia oriundi optime demonstraverunt, cum litteras ad populum post pacem in oppido Brestia Lithuanorum factam misissent compositas polonice: "Chelmenses, - aiunt ita - tempus iam non paret dictis mendacibus nobilium et sacerdotum; ii vos Polonos fecerunt Et ultima iam vice Polonorum, qui tot iniurias vobis fecerunt, usurpamus linguam, cum vos alloquimur"²¹⁶. Polona igitur lingua usurpanda erat "Ucrainensi societati liberandae terrae Chel- mensis", si a Chelmensibus, quos Ucrainenses nuncupat, intelligi volebat.

²¹⁵ Rastatt, 20 km a Karlsruhe meridionem versus.

²¹⁶ Cfr. N. 24, annexum 2.

III. Rationes ad confessionem spectantes

Omnia, quibus Chelenses cum ceteris Polonis coniunguntur, vinculo-
rum firmissimum atque arctissimum est catholica fides. Praeter catholicos
ritus latini erant ibi etiam homines ritus graeci, id est Uniti. Magistratus
imperii Russici eam Unionem sibi infestissimam hostem arbitratus, adeo
persecutus est, ut post ducentos annos is ritus in Podlachia terraque Chel-
mensi esse desineret. Extra fines Regni Poloni, a consilio regum et impera-
torum Vindobonae a. 1815 constituti, hoc bellum adversus Unitos suscep-
tum a. 1858, deletio Unitorum nomine, geri desitum est. Posteriores eorum "con-
tumaciam" in Lithuania et Russia Alba ("contumaces" hi a Russis nuncu-
pati sunt, qui, quamquam multa passi erant, se tamen schismaticos esse
fateri noluerunt) a. 1905 edicto de tolerantia proposito ad fidem catholicam
numero plus 50 000 transgressi sunt. Compressa insurrectione Polonorum
a. 1863-1864, ultima Unionis vestigia in Regno Polono a Russis [10v] extin-
cta sunt.

Bellum contra linguam Polonam in scholis gestum

Bellum illud contra Unionem in Podlachia et terra Chelmensi suscep-
tum primum in scholis, quae a. 1864 mutatae sunt in Russicas, coeptum est
geri, ut per scholas Poloni non polonice, sed russice sentire assuefierent,
nam praeter eruditos homines etiam inopes rustici se partem totius Polono-
rum nationis intelligebant. Uniti a disciplinarum scholarumque rectore pe-
tebant, ut lingua Polona restitueretur, "cum sermo Russicus ipsorum pa-
trius sermo non esset". Magistratus nimirum morem eis non gessit et in
scholis Polonis ad usum catholicorum ritus latini destinatis Unitos recipi
vetuit. Quibus omnibus nihil profecit, nam populus Russicis scholis abstine-
bat et, quamquam fiscus 40 000 denariorum Russicorum ad scholas insti-
tuendas persolvere paratus erat, novae scholae infimae non existerent, in
eas autem, quae iam exstabant, liberi per vim a magistratibus cogendi
erant.

De bello contra Ecclesiam Unitorum gesto

Post scholam Ecclesiam magistratus imperii petere coeperunt. Ecclesia
in terra Chelmensi legibus administrabatur a Synodo Zamoscena a. 1720
latis²¹⁷, quae legibus suis in aeternum Unionem a schisma[te] separare vo-
luit. Ut iam ea praetereamus, quae tantum ad Ecclesiam administrandam
pertinent, iussa est a synodo renovatio Sanctissimi omni hebdomada, vetita
autem conservatio a feria V in Coena Domini, ut apud schismaticos est mos.
Non permissum est effundi tepidam aquam ad calicem in consecratione se-
cundum ritum schismaticum et adhiberi spongiam in tergendis patena et

²¹⁷ Cfr. Amman, p. 335-337.

calice, sed praeceptum uti purificatorio linteo. Inductae sunt Missae lectae praeter cantatas et in eis commemoratio Papae, quae antea, cum schismaticus liber adhiberetur, omittebatur. [11r] Sublatus est mos orientalis ieiunii per triduum ante quamque sacramentalem peccatorum confessionem, ut eo sublato homines saepius ad Poenitentiae sacramentum et Sacram Communionem accederent. Praescriptum est praeterea, ut aegroti in Extrema Unctione sacramentali uno sacerdote contenti essent, neve tres aut septem quaererent, quibus fieret, ut sacramentum difficilius tribui posset. Inductum est festum Corporis Christi; libri liturgici simpliciores facti sunt et paulum immutati secundum exemplum veterum librorum orientalium vel librorum latinorum, quo factum est, ut caerimoniae quaedam in sacra Missa et sacramentis conficiendis magnopere a ritu schismatico differrent, latino autem ritui assimilarentur. Iam post Synodum Zamoscenam paulatim inducta sunt: parvula tintinnabula, quibus graviore partes Missae significarentur, organa, altaria sine porta imperatoria (unum tantum altare exstat in aede schismatica). Deinde inducta sunt: sollemnitates cum expositione Sanctissimi, devotio quadraginta horarum, officium parvum Beatissimae Virginis Mariae, rosarium et fraternitates religiosas. Quibus omnibus magna differentia inter ritum graeco-catholicum et schismaticum inducta est, quae necessaria erat propter rationem rusticae plebis, et ritus uterque catholicus alter alteri similior factus, quo clarius fiebat Ecclesiam catholicam unam esse, id quod a populo eo magis sentiebatur, quod sacerdotes utriusque ritus saepius in vicem alter alterius partes agebant. Itaque Synodus Zamoscena institutis Ecclesiae renovatis, clericorum monachorumque vita denuo constituta, optime de Unione merita est ita, ut illa XVIII saec. floreret. Consulta synodi comprobata sunt a Papa Benedicto XIII²¹⁸, postea Pio VII²¹⁹, Gregorio XVI²²⁰, Pio IX, qui praesertim graviter minatus est ecclesiasticis poenis, si quis consultis synodi parere nolisset²²¹.

[11v] Prima initia "purgandi" ritus Unitorum

Initio magistratus Russici ita Unionem impugnabant, ut id in Lithuania et Russia Alba fecerant, id est studebant, ut ritum ad antiquam formam restituerent, quo facilius eum exstingerent, si similior schismatici ritus factus esset. Res simpliciter de tollendis Synodi Zamoscenae legibus agebatur. Prima tentamina iam tempore epi Chelmensis Feliciani Szum-

²¹⁸ Vide decretum "Apostolatus officium", 19 VII 1724 datum. Ed. *Documenta Pontificum Romanorum*, p. 49-50.

²¹⁹ Vide bullam "In Universalis Ecclesiae", 24 II 1807 promulgatam Ed. ut supra, p. 313-319.

²²⁰ Episcopi verisimiliter in mente habuerunt 2 allocutiones Gregorii XVI: "Multa quidem gravia et acerba", 22 XI 1839 pronuntiata, et "Haerentem diu", 22 VII 1842 habitam quibus summus pontifex de persecutionibus Ecclesiae Ruthenae loquebatur. Cfr. *Documenta Romanorum Pontificum*, p. 357-360 et 374-375.

²²¹ Vide Litteras apostolicas "Omni sollicitudinem", 23 V 1874 datas. Ed. ut supra, p. 438-441.

borski (1830-1851)²²² locum habuerunt, qui, a Russis coactus, immutavit quaedam litteris pastoralibus a. 1841 datis, sed postea epistula d. 13 III 1844 scripta admirabili humilitate revocavit. "Itaque erravimus - dicit episcopus - et vos, carissimi fratres in Christo et oviculae nostrae, corripimus.... Oro vos igitur, carissimi, ignoscite vitio, ignoscite errori meo, quem agnosco itemque revoco, et quae d. 14 (26) Augusti a. 1841 praecepi, tollo"²²³. Imperium Russicum conamina sua apud eius successorem Joannem Teraszkiewicz²²⁴ renovavit et effecit, ut aliquot alumni in academias schismaticas Moscoviae, Kijoviae mitterentur, ut ibi studiis operam navarent seminariumque Chelmenese nova ratione institueretur. Sed inde nihil secutum est propter pertinacem animum et sacerdotum Chelmensium et alumnorum, qui in studia missi erant et imprimis propter egregiam virtutem eius, qui Teraszkiewicz in episcopatu successit, nempe Joannis Kaliński, episcopi nominati (1863-1866). Qui fortissimus Unionis defensor cum tres annos tristibus difficultatibus obstrictus multa aegro animo ferre coactus esset, Viatcam a magistratibus Russicis est deportatus, ubi mox mortuus est, neque abest suspicio, quin venenum ei datum sit.

Episcopi in exilium missi successor, Iosephus Wójcicki²²⁵, canonicus, in hunc honorem invito Papa et contra voluntatem sacerdotum Chelmensium elatus, vir pessimus, non solum biennio, [12r] quo honore fungebatur (1866-1868), in omnibus rebus magistratibus Russicis morem gessit, sed etiam ipse excogitabat, qua ratione ritus "purgari" posset. Sustulit igitur omnia ex ecclesia, quae Synodus Zamoscena et usus moresque induxerant et quibus similitudo cum Ecclesia latina confirmabatur, id est: Missas lectas, rosarium, officium B. V. Mariae, scapularia, monstratoria, organa, sellas ad audiendas confessiones, sedes, tintinnabula etc. et praecepit, ut orationes ad populum lingua Russica aut Ruthenica, non Polona, haberentur et carmina eadem lingua canerentur. Sacerdotes tamen Chelmenses et populus fortiter iis novis rebus resistebant, fratrum suorum Unitorum, qui alteram ripam fluminis Bug vocati incolebant, ubi Russi eodem modo utebantur, exemplum secuti. Si aliquo loco sacerdos, cum poenam timeret, ruthenice de rebus divinis in templo dicere ausus erat, populus praecipue Podlachiensis statim aedem relinquebat clamante multitudine: "Noli nos ruthenice alloqui, sed polonice, nam quod Ruthenicum est, mox Russicum fiet". Accidit quoque saepius, ut sacerdos e suggestu detractus ex aede educeretur, quia

²²² Felicianus Szumborski (1771-1851), Basilianus. Ab a. 1824 archidiaconus Chelmenensis et ab a. 1825 officialis. A. 1828 factus est administrator dioecesis, 29 I 1830 episcopus nominatus.

²²³ De editione utriusque epistulae et partis litterarum 13 III 1844 datarum vide Likowski II, p. 148-152.

²²⁴ Ioannes Teraszkiewicz (1793-1863). Presbyteratus ordinem a. 1825 suscepit. A. 1832 vocatus est ad munus rectoris seminarii Chelmenensis, et a. 1841 nominatus epus tit. (consecratus a. 1843). Ab a. 1851 administrator dioecesis. Praeconisatus ad dioecesim Chelmenensem 16 III 1863, regimen dioecesis suae non est aggressus, morte praepeditus († 1 III 1863). Cfr. Amman, p. 525-526.

²²⁵ Iosephus Wójcicki, sacerdos Graeco-catholicus, canonicus Chelmenensis, a. 1866-1868 administrator dioecesis Chelmenensis.

ruthenice loquendo suspicionem apostasiae movebat. Sic accidit in Kolem-brody²²⁶, Przegaliny²²⁷, Rudno²²⁸, Łomazy²²⁹, Włodawa aliisque multis in paro-chiis. Bonis sacerdotibus populus addictissimus erat, multas eis a magi-stratibus impositas ipse solvebat, deportandos sacerdotes cum proprii san-guinis effusione fortissime defendebat. Nihil multae, nihil dislocatio mi-litum, qui a populo alendi erant, proderant. Frustra decem rustici in Gali-ciam missi sunt, qui deesse ibi in ecclesiis unitis organa, sedes viderent ora-tionesque sacras ruthenice pronunciari audirent, quibus tamen omnibus unionem non tolli intelligerent. Non potuit decipi populus, qui in Lithuania et Russia Alba regimen Russicum a "purificatione" ritus incepisse sciret, omnesque homines postea in libros schismaticos inscripsisse. Sacerdotes indigenae contemptis multis, carceribus, deportationibus in Unione summa [12v] constantia perseverabant. Propter litteras ad imperatorem missas, quibus ut illegitimum dioecesis administratorem Wójcicki amoveret, pete-batur, gubernator Siedlecensis Gromeka²³⁰ praeter hos, quos domi custodiae tradidit, 17 sacerdotes, maximam partem autem decanos, in horribilem Siedlecensem carcerem conici iussit, quorum nonnulli post quattuor menses libertatem adepti, cum vires corporum fractae evanuisent, brevi tempore diem obierunt supremum.

Quae sacerdotes uniti e Galicia oriundi
in terra Chelmensi egerint

Intellexerunt magistratus Russici fieri non posse, ut ritus graeco-catho-licus, qui talibus pollebat sacerdotibus, "purificaretur", ideoque adiutores sibi ex Galicia graeco-catholicos sacerdotes Ruthenos - hodie Ucrainenses dictos - conducere decrevit, cum experimenta tempore episcopi Kaliński facta optimum fructum pollicerentur. Ex Galicia enim conducti sacerdotes proemiis acceptis aut promissis omnia regni desideria citissime explebant, populoque Chelmensi proditores facti sunt. Ante novissimam a. 1875 fac-tam eversionem Unionis cum Ecclesia catholica circa 100 sacerdotes uniti Rutheni ex Galicia in terram Chelmensem venerunt. Quanto morali valore sacerdotes illi pollerent, optime nobis novissimi eventus monstrant: duobus enim exceptis omnes orthodoxae ecclesiae se addixerunt. Quantum autem a Russis aestimati sint, verba archiepiscopi schismatici Varsoviensis Joan-nicii²³¹ testantur: "Rebus his (scil. in terra Chelmensi), dixit iste, Deo opitu-lante finitis improbas has Halicienses bestias procul forasque eiciam"²³².

²²⁶ Pagus in districtu Radzyń Podlaski.

²²⁷ Pagus in eodem districtu.

²²⁸ Pagus in eodem districtu.

²²⁹ Pagus in districtu Biła Podlaska.

²³⁰ Stephanus Stephani (Stepan Stepanovič) Gromeka, gubernator Siedlcensis a. 1867-1875.

²³¹ Ioannicius Gorskiy († 1875). A. 1860-1875 orthodoxus metropolita Varsaviensis.

²³² De hac re fusius scribit Likowski II, p. 237.

Sacerdotes uniti ex Galicia advenientes, vice deportatorum sacerdotum indigenarum fungebantur, iisque educatio cleri dioecisani in seminario Chelmeni mandata est. Nonnullos ex his sacerdotibus indignis nominare volumus:

- 1) Popiel Marcellinus, de quo infra plura dicemus;
- 2) Krynicki Hippolitus, sacerdos dioecesis Premisliensis [13r] ritus graeco-catholici, postea rector seminarii dioecesis Chelmensis;
- 3) Diaczan Philippus, theologiae dogmaticae in seminario Chelmeni professor;
- 4) Ławrowski Ioannes, seminarii Chelmensis vicerector. Unione adhuc exstante mortuus est.
- 5) Hojnacki Ignatius, seminarii Chelmensis professor, consistorii episcopalis socius;
- 6) Hojnacki Macarius, erat in legatis, qui Petropoli a. 1875 ab imperio Russico petebant, ut dioecesis Chelmensis cum ecclesia schismatica coniungeretur.
- 7) Hoszowski Ioannes, episcopi Kuziemski, cum quo ex Galicia venit, capellanus domesticus, secreta sui episcopi magistratibus tradebat. Secretarius consistorii Chelmensis postea nominatus est.
- 8) Sitnicki (Sietnicki) Ambrosius, seminarii Chelmensis praefectus, legationis Petropolim a. 1875 missae socius erat.
- 9) Barwiński Michael, ecclesiae cathedralis Chelmensis cooperatore, legatus Petropolim a. 1875 missus est.
- 10) Makar Ioannes, ecclesiae cathedralis Chelmensis cooperatore, legatione Petropolim fungebatur.
- 11) Cybyk, doctrinae sacrae in schola puellarum Chelmae praeceptor.
- 12) Dobrzański Michael, doctrinae sacrae in schola puellarum Chelmae praeceptor.
- 13) Liwczak Nicolaus, parochus et decanus Bialae, corpus sancti Iosaphati Martyris²³³ ex altari amovit atque in cella subterranea ecclesiae muro claudi iussit.
- 14) Stecula, parochus in Wytyczyn²³⁴, obviam sibi euntibus rusticis illos sanctos proclamari posse dixit, si pecuniam Romam mitterent, sicut sanctum Iosaphat pro pecunia a Polonis data sanctum declaratum esse.
- 15) Urban Iosaphat, parochus in Kodeniec²³⁵, se iam schismaticum esse confessus, propter turpia vitia parochia privatus est.

²³³ S. Iosaphat Kunciewicz (circa 1580-1623). A. 1604 ingressus est Ordinem S. Basilii Magni unitorum et a. 1609 presbyteratus ordinem accepit. Ab a. 1617 aepus Polocensis. Die 12 XI 1623 Vitebsci interfectus. A. 1642 beatificatus, 1867 in sanctorum catalogum relatus. Reliquiae eius ab a. 1706 in oratorio arcis Albae Podlachiensis servabantur, et ab a. 1764 in ecclesia Basilianorum illius loci custodiebantur, ex qua a. 1873 auctoritas Imperii Russici eas amoveri iussit. In subterraneis absconditae usque ad a. 1916 perduraverunt, deinde Vindobonam sunt translatae. Ab a. 1949 in basilica S. Petri in Vaticano deposita servantur.

²³⁴ Wytyczno, pagus 25 km a Włodawa versus occidentem et meridiem distans.

²³⁵ Kodeniec, pagus 33 km a Włodawaversus occidentem distans.

16) Urban Leontinus, parochus in Krzyczew²³⁶, quem parochiani propter innovationes schismaticas in liturgiam ab eo introductas [13v] in fluvium Bug proicere volebant.

17) Łysiak Alexander, parochus in Posadów²³⁷.

18) Semik (Somik) contra episcopum Kuziemski occulte machinabatur.

19) Hajda, monasterii in Radechnica, P.P. Bernardinis expulsi²³⁸, administrator, custos sacerdotum "contumacium" ibi in carcerem coniectorum erat.

20) Lewicki, decanus Zamoscensis.

21) Orłowski, parochus in Leszczany²³⁹.

22) Kolankowski, ecclesiae graeco-catholicae et postea schismaticae in oppido Lublin parochus.

23) Bobikiewicz Alexander, decanus Chelmensis.

24) Decykiewicz Michael, decanatu Hrubiesoviensi iam orthodoxus propter vitia varia privatus.

25) Piasecki Aemilius, parochus in Uhrusk²⁴⁰, in fide catholica permansit et in Galiciam revertit.

26) Indyszewski Ioannes, cum aliis schismaticae ecclesiae adhaesit, sed postea conscientia male facti afflictus in Galiciam a. 1877 reversus et catholicus mox mortuus est.

Omnes sacerdotes, qui ex Galicia in terram Chelensem venerunt, circa centum, ut supra iam diximus, numerantur, omnesque Ławrowski et Piasecki exceptis apostatae facti sunt.

Modus tamen, quo ille non rite episcopus factus, Wójcicki, dioecesim Chelensem regebat, magistratum sententia nimis immoderatus et vehemens fuit, quo magis populi resistantiam excitabat. Decretum itaque est episcopum legalem diocesi Chelensi dari; quaerebatur solummodo talis ingenii vir, qui desideriis imperii Russici non resisteret, immo ea exsequi conaretur, eo enim casu consilia sua sine resistantia offensioneque populi facilius perfici posse. Candidatum secundum sua desideria in Galicia Russi quaerebant, inveneruntque re vera in persona Vicarii generalis archiepiscopi Leopoliensis [14r] ritus graeco-catholici: Michaelis Kuziemski. Optime ille notus erat, quod omnia, quae sensum Polonicum et Latinum spirabant, in maximo odio habuit, id, quod ipsius verba ad amicos suos, cum Leopoli Chelmam discessurus esset, prolata testantur: "Per totam meam vitam, dixit, latinismum polonismumque debellavi". Incolae Chelmenses cum maxima eum laetitia susceperunt, gaudebant enim legitimo pastore. Status

²³⁶ Krzyczew, pagus in antiquo districtu Konstantynów, 20 km a Biała Podlaska situs versus septentrionem distans

²³⁷ Posadów, pagus ca 50 km a Tomaszów Lubelski versus orientem situs.

²³⁸ Monasterium Bernardinorum in Radechnica, oppidulo ca 50 km a Zamość distante, fundatum a. 1667, suppressum erat a Russis a. 1864.

²³⁹ Leszczany, pagus ca 30 km a Chelma distans versus meridiem et orientem.

²⁴⁰ Uhrusk, locus ca 20 km a Włodawa versus meridiem distans.

dioecesis valde tristis erat, cuius rei causa posita erat in disciplina a suo illegitimo antecessore dissoluta atque in magistratuum conatibus, qui occasionem solummodo expectabant Unionis cum Ecclesia catholica finitivo modo tollendae. Novus episcopus, quod sincere fatendum est, ad disciplinam restituendam animum attendit, qua ex re omnes optima sperabant. Cum magistratus tamen instarent, iam primo sui regiminis anno omnia, quae illegitimus suus antecessor in re liturgica immutanda praescripserat, perficienda admonuit, quo et sacerdotes et populum Unioni ex animi sententia sincerrimeque addictum offendit. Hanc primam concessionem aliae sunt secutae. Quae potius, ut videtur, ex desiderio odii in omne Polonum et Latinum amorisque in Ruthenum monstrandi quam ex voluntate consiliis magistratus Russici satisfaciendi manabant. Qua tamen re nihil Russi movebantur, quorum id minime intererat, quibus causis permotus id ageret. Mox edicto conscriptionem fieri eorum, qui vel ipsi vel eorum maiores uniti fuerant, postea vero ritui latino adhaeserunt (omne hi post a. 1875 in schismaticos libros inscripti sunt), praecepit, deinde nomina, quae in Calendario Ecclesiae Latinae, non vero Graecae inveniuntur, baptisatis dari vetuit (Stanislaus Łacki sacris initiari noluit, quia nomen habuit in Ecclesia Latina, non vero Graeca usitatum), tum voluntatem magistratus Russici, milites unitos non sacerdotibus latinis, sed schismaticis peccata sua confiteri debere, sine intercessione publicavit, denique confraternitatibus piis in Ecclesia unita sublati in libros confraternitatum Ecclesiae Latinae sua nomina inscribere unitos vetuit. Haec et alia similia edicta bonae episcopi fidei [14v] tam sacerdotes quam populum dioecesanum dubios, neve magistratus Russicos contentos fecerunt. Post quattuor in dioecesi Chelmensi peractos annos (1868-1871) a magistratu Russico a munere locoque episcopi demissus est. Ab imperatore Russiae insignibus ornatus, cum neque iniustae sui ipsius dimissioni neque novi sui illegitimi successoris Marcelli Popiel contra leges designationi intercessisset, in Galiciam profectus est. Noluit exemplo suorum antecessorum vicinorumque episcoporum Polonorum amarum exsulis edere panem atque pro ovibus pati.

Unionis finis

Novus in episcopatu Chelmensi Judas, Marcellus Popiel, Ruthenus, olim Tarnopoli Galiciae²⁴¹ catecheta, iam ab a. 1867 in terra Chelmensi laborabat. Administrator dioecesis Chelmensis a Russis factus, manifeste Unionem cum Ecclesia catholica evertere satagebat. Quem ad finem facilius obtinendum, de novo sacerdotes Ruthenos, ut supra iam memoravimus, e Galicia allexit, in seminarium autem clericorum multos item e Galicia oriundos, nullo morum et studiorum respectu habito, recepit. Nonnullos eorum iam post aliquot menses ad sacros ordines promoveri iussit. Eodem quoque

²⁴¹ Caput districtus in Ucraina occidentali, ad ripam fluvii Seret situm.

tempore in externo ornatu ecclesiae cathedralis et in caerimoniis ibi peragendis omnia, quae a Zamoscena Synodo inducta unitos a schismaticis scernebant, ad irritum duxit, dum diceret ritum solummodo, non fidem mutari. Similes mutationes in tota dioecesi introduci iussit. Cum tamen Unitorum sacerdotes, verae Ecclesiae sincerrime addicti, omnibus his innovationibus restitissent, alios in custodia teneri, alios deduci mandavit, in eorum autem locum vel sacerdotes Ruthenos, qui e Galicia venerant, vel quos ordinandos Chelmae curavit, suffecit. Auctoritate eius ad diem 1 Ianuarii a. 1874 ritus et externa Ecclesiae unitae species definitive mutandi erant et abhinc persecutio Unitorum in terra Chelmensi et in Podlachia, quae solum persecutionibus Ecclesiae primaevae comparari potest, incepit. Singula, quae passi erant Uniti a vexatoribus pressi, liber a magistratu Anglorum publicatus et inscriptus: "Documents officiels publiés par le gouvernement anglais au sujet du traitement barbare des Uniates en Pologne" (Zurich 1877), per [15r] totam Europam divulgavit. Nonnulla, quae illis temporibus in terra Chelmensi et Podlachia facta sunt, in memoriam revocamus.

Persecutio sacerdotum

Iam tempore diem 1 Ianuarii a. 1874 antecedente 31 sacerdotes uniti in custodiam dati sunt, ii scilicet, qui innovationes non accepturos et solummodo legibus Zamoscenae Synodi se obtemperaturos esse, palam confessi sunt. Quinque ex his detentis statim in Russiam ultimam, ut caedis auctores, legibus privati pedites deportati sunt. Praeter in custodia detentos alii 12 de periculo mature praemoniti in Galiciam fugerunt. Plures quam 70 numerantur sacerdotes, qui tempore persecutionis usque ad diem, quo Unio cum Ecclesia catholica publice omnino sublata est, scil. annis 1874 et 1875, in Russiam deportati vel in vincula ducti sunt; alii 70 in Galiciam se receperunt. Ex cunctis sacerdotibus unitis indigenis, qui centum quinquaginta et plures erant, solummodo 18 apostatae facti sunt, cum ex his, qui e Galicia a Wójcicki, Kuziemski et Popiel vocati venerunt et quorum numerus centum attingebat, ipso episcopo Kuziemski praetermisso, duo tantum in fide catholica perseveraverunt, alii schismaticae ecclesiae se addixerunt. Notandum est sacerdotes illos et martyres, qui in Galicia refugium quaesiverunt, a clero Rutheno unito durius acceptos esse et hodie quoque "vagabundos" nominari. Consistoria graeco-catholica Leopoli et Premisliae difficultates eis in negotiis spiritualibus et beneficiis obtinendis afferebant, causam interponentes, leges imperii Austriaci beneficia ab alienis subditis teneri non permittere, ipsosque examinibus necessariis carere. Haec omnia ambages et praetextus tantum fuisse, quae postea secuta sunt, comprobaverunt. Cum enim c.r. procurator Galiciae Agenor comes Gołuchowski²⁴²,

²⁴² Agenor Gołuchowski (1812-1875), comes. A. 1839 gradum doctoris iuris Leopoli adeptus est. Ab a. 1835 in administratione publica occupatus erat, ab a. 1843 munere fungens legati ad Diaetam

Polonus, difficultates publicas amovisset, cumque Pius IX litteris die 4 Januarii 1876 datis examina non esse ab his sacerdotibus exposcenda benignissime declarasset, ii Ruthenorum, qui eo tempore Ecclesiae unitae in Galicia praefuerant, suam erga hos martyres et exsules agendi rationem non [15v] mutaverunt. Personali demum intercessione cardinalis Alexandri Franchi²⁴³, secretarii status, et nuntii apostolici Jacobini²⁴⁴ factum est, ut nonnulli ex his exsulis ad officia pastoralia peragenda sint admissi.

Persecutio populi Chelmensis

Pios fidelesque suos pastores-martyres populus Chelmensis imitabatur. Cum neminem, quem consulerent, habuissent, sacerdotibus etenim, qui e Galicia venerant, non confidebant, populus iste suis viribus nisus agere constituit. In silvis igitur, cum in pagis propter multos ibi delatores militesque Russicos commorantes convenire non potuissent, congregati Chelmeneses signo certo: "nuptiis adestote" usi, quo modo se et sua sacra defendant, deliberant. His in conventibus sacerdotibus, qui innovationes liturgicas acceptabant, in templum introire non permittere decreverunt, quod ni fieri posset, templa non frequentanda et obsequia ab his indignis sacerdotibus non acceptanda, sed apud Latinos quaerenda esse, et si hoc quoque perfici non posset, domi manere et orare aede carentes statuerunt. Ex multis factis, quae heroicam fidei defensionem monstrant, aliqua in memoriam reducere licet.

In Drelów²⁴⁵ sacerdotem, qui innovationibus liturgicis assensum non negavit, e templo populus eduxit, quod postea clausit et custodivit. Hac re per sacerdotem ad praefectum districtus delata, venit ille cum exercitu et quia populus aedes sacras circumduxerat, neminemque introire sivit, milites armis aggressi 5 personas interfecerunt, plures vulneraverunt et circa 60 in custodiam abductae sunt (5 Januarii a. 1874).

Novem post dies nova cruentior caedes in Pratulin²⁴⁶ facta est, ubi a militibus impetu facto 13 personae ex populo circa templum congregato interfectae, 30 vulneratae et 80 in custodiam tractae sunt. Heroicam fuisse huius populi virtutem hic quoque casus testatur: Nuntio de morte filii sui interfecti accepto, mater miserabiliter flere coepit. Quod cum nurus vidisset, eam

Status et simul membri Departimenti Status. A. 1849-1859, 1866-1868 et 1871-1875 erat locumtenens Galiciae, a. 1859-1860 negotiorum internorum Austriae administer et a. 1860 administer status. Ab a. 1865 legatus hereditarius Camerae Procerum (Herrenhaus).

²⁴³ Alexander Franchi (1819-1878), ab a. 1873 cardinalis, a. 1859 secretarius pro negotiis Ecclesiae extraordinariis, a. 1868 nuntius Matriti, a. 1874 praefectus Congregationis de Propaganda Fide, a. 1878 secretarius status.

²⁴⁴ Ludovicus Jacobini (1832-1887), nuntius Vindobonae a. 1874-1880, deinde card. secretarius status (1880-1887).

²⁴⁵ Drelów, pagus 24 km a Radzyń Podlaskiad septemtrionem et orientem situs.

²⁴⁶ Pratulin, pagus ad ripam fluvii Bug situs, 23 km a Biała Podlaskaad septemtrionem et orientem situs. Ad parociam Korytnicensem pertinebant infra memorata loca Kobylany, Wolima et Szpaków.

his verbis allocuta est: "mater, [16r] noli mortem filii tui flere, sicut et ego mortem mariti mei non deploro; etenim ille non propter crimina vel scelera interfectus est; laetandum nobis potius est illum pro fide vitam dedisse! Utinam digna fuisset cum eo hesterno mori!"

In vicum Kornica²⁴⁷ homines e vico Kobylany, Wolima, Szpaków conducti sunt, ibique suppliciis affecti, unusquisque enim 150-300 flagellorum plagis caesus est. Virgis caesi, novem statim mortui sunt. Similibus cruciatibus populus in Łomazy, Kalembród, Przegoliny, Prochenki (5 virgis caesi mortui sunt), Witulin, Konstantynów, Horoszkki, Gnojno, Swory, Krzyczew, Łosice, Rusków, Chotycze, Chłópków etc. etc.²⁴⁸ vexatus est. In pago Mszana²⁴⁹ singulae casae rusticae a Cosacis expugnandae erant, ut eis potiti milites matribus infantes evellere eosque in templum schismaticum baptisandos portare possent. In vico Gęsi²⁵⁰ cum rusticus oleo in fronte a sacerdote schismatico vi inunctus esset, quod eum iam schismaticum esse significare debuit, rusticus paulo post, cute in fronte cultro tonsorio excisa, reversus est et laetus coram publico se iam non esse schismaticum et nunquam futurum professus est. Parochia Hołubla²⁵¹ per continuas persecutiones plane incolis orbata est. In Horbów²⁵² rusticus quidam nomine Josephus Koniuszewski persecutionibus Russicis, quia, quominus puer natus a sacerdote schismatico baptisaretur, recusavit, ad summam miseriam et desperationem adductus una cum uxore sua et duobus filiis in horreo incendio a se subiecto in flammis mortem oppetivit. Cum neque cruciatus neque multae populum flexissent, milites in vicis dislocati sunt, qui, donec plebs schismati se addiceret, ibi alendi erant.

Hoc modo "contumaces" ad ecclesiam schismaticam traducebantur et "sua sponte" - sic enim postea magistratus Russicus publicavit - in sinum ecclesiae orthodoxae cum Ecclesia catholica Uniti reverterunt. Singula de his persecutionibus, quae horrore animam perfundunt, in relationibus legatorum Anglorum, quae litterae a. 1877 in conventu Generali Londini legatis datae sunt, inveniuntur²⁵³.

[16v] Verba Pii IX

Pius IX in litteris encyclicis, ad episcopos Ruthenos in Galicia de die 13 Maii^a) a. 1874²⁵⁴ missis. populi Chelmensis voluntatem se et omnia potius

²⁴⁷ Stara Korytnica, pagus 23 km a Białą Podlaską versus septemtrionem et occidentem situs.

²⁴⁸ Loca in districtibus Radzyń Podlaski et Białą Podlaską sita.

²⁴⁹ Pagus in antiquo districtu Konstantynów situs, versus septemtrionem a Białą Podlaską.

²⁵⁰ Gęś, locus ca 45 km a Radzyń Podlaski versus meridionem et orientem.

²⁵¹ Pagus, ca 20 km a Siedlce versus septemtrionem et orientem distans.

²⁵² Locus in districtu Białą Podlaską.

²⁵³ Descriptiones persecutionum cleri et fidelium affert J. Pruszkowski, *Martyrologium czyli męczeństwo Unii św. na Podlasiu* [Martyrologium seu martyrium Sanctae Unionis in Podlachia], T. 1-2, Woodbridge N.J. 1983, et Likowski II, p. 205 et seq.

²⁵⁴ Sermo est de litteris encyclicis "Omnem sollicitudinem". Textum earum praeter alios publicaverunt Likowski (II, p. 284-287) et Welykyj (*Documenta Pontificum Romanorum*, p. 438-441).

pro fide offerre quam sacra sua deserere, summis extulit laudibus. In iisdem litteris immutationes in re liturgica proprio motu sine consensu Sanctae Sedis inductas damnavit. Litterae hae encyclicae in linguam polonam versae et in terram Chelmensensem furtim importatae a populo martyre summo cum gaudio acceptae sunt, eique vero solatio erant, summum Jesu Christi in terra Vicarium eorum non fuisse immemorem luculento testantes.

Quo modo populus seipsum post eversam Unionem defenderit

Frustra tamen populus resistebat et gravissimas iniurias molestiasque ferebat. Imperium Russicum dolo vel minis expressis declarationibus totos pagos sua sponte schismati adhaesisse publice praedicabat. Die demum 11 Maii 1875 tota graeco-catholica dioecesis Chelmensis solemniter ecclesiae orthodoxae adnexa est, quamquam in 23 parochiis decanatus Sokołowiensis, Radzyniensis, Konstantynoviensis et Bialensis nemo incolarum schisma accepisset. Ut ex omni parte a communione cum Ecclesia catholica "contumaces" excluderentur, severissime vicinis sacerdotibus Latinis, ne illis sacramenta administrarent, interdictum est, atque prope viginti ecclesiae Latinae schismaticis datae sunt. Quibus factum est, ut in 5 districtibus terrae Chelmensis in orientem solem spectantibus in 24 pagis, qui 5 000 usque ad 9 000 incolas numerabant, nulla ante a. 1905 ecclesia esset. In gubernio Siedlecensi in 4 districtibus, qui ad orientum vergunt, de 68 pagis in 36 solummodo ecclesiae Latinae incolis derelictae sunt. Resistentia tamen populi perdurabat. Clam se in ecclesias Latinas penitus in Regno Poloniae collocatas conferebant, ibique a sacerdotibus romano-catholicis, minus quam apud se in terra Chelmensi custoditis, sacramenta petebant. Alii in Galicia in ecclesiis Latinis solacio spirituali imbuebantur. Nam episcopi Latini Poloni in Galicia [17r] potestatem sibi a S. Sede concessam delegandi subditos sibi sacerdotes ad benedicendas nuptias et confessiones fidei ab olim Unitis et in Ecclesiam catholicam nunc reverti volentibus excipiendas habebant. Vulgo notissima erant "matrimonia Cracoviensia"²⁵⁵, quae dicebantur. Tum post nuptias solemniter in Galicia in ecclesia Latina benedictas uxor qua ancilla in domo viri habitabat, liberi autem eorum tamquam illegitimi tori a magistratibus Russicis putabantur, qua ex causa ius haereditandi non possidebant. Nonnumquam Poloni sacerdotes se clam in terram Chelmensensem subducebant, ibique in silvis Missam celebrabant, baptisabant, confessiones audiebant et nuptias benedicebant. Multi sacerdotes in itinere a custodibus capti et in carcerem coniecti poenas suae piae audaciae pendebant.

²⁵⁵ Cracoviae institutum est officium, in quo colligebantur et servabantur documenta ad eiusmodi matrimonia pertinentia; inde orta est appellatio "matrimoniorum Cracoviensium". Cfr. Śliwa *Kościół greckokatolicki w Królestwie Polskim*, p. 511.

Edictum indulgentiae religiosae a. 1905 promulgatum

Persecutiones in terra Chelmensi per integra sex lustra (e. gr. a. 1888 generalis gubernatoris Hurko²⁵⁶ iussu 1000 familiae "contumacium" in regiones Orenburgi deportatae sunt) usque ad annum 1905 perdurabant. Hoc enim anno, calamitatibus belli Iaponici²⁵⁷ et politicis socialibusque in toto imperio perturbationibus coactus, Russicus imperator²⁵⁸ edictum de indulgentia adversus dissentientes in rebus divinis promulgari iussit, cui innisi anno iam 1905 currente 146 000 incolae in terra Lublinensi (Lublin), Siedlezensi (Siedlce) et Suvalscensi (Suwałki), olim cum Ecclesia catholica uniti et vi ex ea erepti, ritu nunc iam latino electo, ut omne periculum schismatae religiosae propagationis penitus amoverent, in Ecclesiam catholicam redierunt. Is erat fructus conaminum Unitos ad schisma traducendi, quae Russi per tota sex lustra suscipiebant. Omnes hi conatus et persecutiones populum hunc cum Polonia quam arctissime coniunxerunt effeceruntque, ut incolae Chelmenses cum Ecclesia et cum Polonia sentire idem putarent. Notiones hae (Ecclesia et Polonia) in eorum mentibus in unum coaluerunt, quia eodem tempore studium religionis et nationis eis eripere Russi per vim conati sunt, persecutionem enim ab interdicto, ne carmina in ecclesia polonice canerentur neve sacerdotes verbum divinum [17v] polonice praedicarent, coepisse inter omnes constat. Per triginta persecutionum annos Polonicos solos vidit populus sacerdotes, qui vita periculo exposita mercatores, medicos et etiam mendicantes simulantes, se clam ex Galicia in terram Chelmensem solacii spiritualis portandi causa subducebant (Patres Societatis Jesu plurimi id faciebant), polonicos ad recitandas preces atque ad litterarum initia discenda libros habuit, quos ut reliquias atque thesauros recondebat, quamquam magistratus Russici, re cognita, deportatione in Sibiriam puniebant.

Provinciae Chelmensis origo

Cum plurimi post edictum de indulgentia adversus dissentientes in rebus divinis editum ad catholicam fidem transiissent, magistratus Russici, ne tota terra Chelmensis plane Polona fieret, non expectandum statuerunt.

Optimum fore rati illam in novam provinciam legibusque novis administrandam redigi, Chelmensem terram, quae adhuc pars provinciae Lublinsensis fuit, ab illa provincia seiunctam una cum parte terrae Siedlezensis - regiones, ubi satis multi schismatici habitabant, - novam fieri provinciam voluerunt. Quae res per annos 1906 ad a. 1912 agebatur²⁵⁹ et a. 1915 nova

²⁵⁶ Iosephus Hurko (1828-1910), "generalis gubernator" Petropolis a. 1879 et Regni Poloniae a. 1883-1894.

²⁵⁷ Bellum scilicet inter Russiam et Iaponiam gestum (1904-1905), pace in Portu Magno (Portsmouth) 23 VIII 1905 conclusum.

²⁵⁸ Nicolaus II.

²⁵⁹ Cfr. A. 1.

illa provincia Chelmensis Regno Poloniae abrepta est. Quae lex tamen perfici non poterat, cum Russi cladibus multis acceptis se recepissent. Imperia demum Germaniae et Austriae, cum legibus pacis - si ea pax dici potest - 9 II 1918 Brestiae Lithuanorum initae terram Chelmensem a corpore Regni Poloniae avellerent et Ucrainae eam adiungerent, Russorum consilia perfecterunt.

IV. Uniti in Galicia (Rutheni-Ucrainenses) novumque Regnum Ucrainense et terra Chelmensis

Iam a. 1916 secundum relationem ephemeridum Polonicarum, Patres Ordinis S. Basilii amplas litteras Romam et ad imperatorem Austriae miserunt, quibus petebant, ut omnes isti Uniti in terra Chelmensi, qui post edictum illud a schismate ad catholicismum et quidem ritus Latini transiissent, rursus etiam inviti ritui Graeco-catholico unito [18r] adscriberentur. Similiter in decretis cleri Ucrainensis e congressu Leopoli die 27 Martii 1918 habito invenimus multa graviter dicta, quibus queruntur illius terrae incolae per vim Latinos eosdemque Polonos reddi. Nisi - ita dicunt - Unio in iis terris restituatur, credendum erit nemini sanctae Unionis [causam] curae esse, qua re fieri non potest, ut per Unionem fidei catholicae Orientem reconciliari posse speremus.

Spes futurae reconciliationis Russiae cum Ecclesia Romana mediante unitis - Ruthenis - fuit et est sat communis inter catholicos, qui verum statum Unionis sive pristinum parum norunt. Num haec persuasio recta [sit], certe valde dubitandum est. Vita christiana Unitorum in Galicia non satis exulta est, conscientia religiosa parva. Hoc imprimis ad inferiorem plebem spectat, quamvis etiam de parte cleri idem dicendum est. Clerus unitus Galiciae praebuit, uti iam supra monuimus, apostolos schismatis, quo tempore Uniti Chelmenses ad schisma a. 1863-1875 trahebantur. Numerus illorum erat circa 100 et ex istis omnes, praeter episcopum Kuziemski et alios duos, schismati adhaeserunt. Ad illorum officia schismati praestita provocavit archiepiscopus schismaticus Eulogius appellando, quod occupata a Russis Galicia erat (1914-1915), clerum schismaticum terrae Chelmensis ad opem in schismate in Galicia inducendo ferendam. En eius verba: "Circa a. 1870 sacerdotes Galiciani multum adlaborabant in terra Chelmensi in separatione eius ab Unione perficienda; nunc orthodoxi sacerdotes Chelmenses fraternum succursum Galiciae praestant".

Transitiones ad schisma in Galicia a. 1914-1915

Tempore invasionis Russiae a. 1914-1915 maxime apparuit, quam fragilis atque caduca Unio esset. Tunc paucis mensibus plures quam 20 sacerdotes uniti, Rutheni, ritus graeco-catholici schisma amplexi sunt. Quod

non plures id fecerunt, id causae est, quod imperium Austriacum iam initio belli aliquot decades eorum apprehendit, plurimi autem redituros exercitus Austriae recuperaturosque Galiciam timebant. En nomina quorundam sacerdotum apostatarum:

- | | |
|----------------------------|------------------------|
| [18v] 1) Jaworski Andreas, | 7) Kodelski Osyp, |
| 2) Wołoszyński Basilius, | 8) Kamiński, |
| 3) Zajać Michael, | 9) Tiahnybok Josephus, |
| 4) Gocki J., | 10) Howicz Vladimirus, |
| 5) Reszetyłowicz Filemon, | 11) Mikuta Michael, |
| 6) Zaruski Aemilianus, | 12) Nassalski Joannes. |

Cum illis, qui schismati adiuncti in Russiam discesserunt, 37 sacerdotes uniti dioecesis Leopoliensis ritus graeci et 24 sacerdotes dioecesis Premisliensis ritus graeco-catholici sua sponte eodem sese contulerunt. Quos, ut redirent, admonuerunt consistoria graeco-catholica, Leopoliense edicto ex die 20 Ianuarii a. 1916, Premisliense vero edicto ex die 8 Februarii 1916^{a)}, et magnum dolorem ob desertionem illorum e parochiis proprio Marte factam verbis expresserunt. Quia insuper Russi vi adhibita certum numerum sacerdotum unitorum modo obsidum loco, modo aliis rationibus ducti, asportaverunt, illorum multitudo in Russia erat sat conspicua. Nunc quaestio oritur, numquid iste clerus ibi in Russia auctoritate valuerit? Ex colloquio cum ipso episcopo Łucko-Zytomiriensi ritus latini, Mons. Dubowski²⁶⁰, apud nos constat in ipsius dioecesi in pago Andrzejówka in parochia Topory, nec non in parochiis Korzec et Uszomir²⁶¹ commoratos circa 30 sacerdotes Ruthenos graeco-catholicos e Galicia. Initio percipiebant subsidia pecuniaria a famoso archiepiscopo schismatico Eulogio, qui tempore occupationis Russiae sedem suam Leopoli constituit. Cum iste postea renuit ipsis dare subsidia, ab episcopo Polono Dubowski opem pecuniariam petierunt, qui illis, quamvis ipse rerum inopia laborabat, subsidio venit et large liberaliterque ope pecuniaria sublevavit. Similiter reliquus clerus Polonus illarum regionum ipsis auxilium animo benevolentissimo ferebat. Quamvis tam multi essent et quamvis a tempore revolutionis propagatio fidei permissa esset, nullum e schismate ad unionem cum Ecclesia catholica traduxerunt. Omnes mentiones ab Ucrainensibus in Vindobonensi "Reichspost" et per alias ephemerides factae de multis Ucrainensium illarum regionum [19r] ad fidem catholicam conversionibus sunt manifesta mendacia. Quae ab episcopo Dubowski relata item probi sincerique Ucrainenses confirmant tum laici tum clerici, qui e captivitate Russica Leopolum redierunt (ex. gr. Consilia-

²⁶⁰ Ignatius Dub-Dubowski (1875-1953). Presbyteratus ordinem 12 IV 1899 Zytomeriae accepit. Epus Luceoriensis-Zytomeriensis et administrator apostolicus Camenecensis nominatus est 16 X 1916. Postquam a. 1925 regimini dioecesis renuntiaverat, ad sedem titularem Philippopolitanam translatus est et Romae habitabat.

²⁶¹ Loca in Ucraina, in districtibus Zytomierz et Równe.

rius Aulicus Dr. Matijów et Rev.dus D.nus Cegielski, graeco-catholicus parochus e Kamionka Strumiłowa²⁶², quem Metropolita Szeptycki suum Vicarium generalem pro Ucraina in Kijów constituit). Isti sincere nobis et intime dixerunt, revera nullas fere esse inter Ucrainenses conversiones e schismate ad catholicismum ritus graeco-catholici. Et contra factum est et bene nobis notum ex ore ipsius episcopi Dubowski, ut adhuc durante bello quotannis aliquot milia schismaticorum absque ulla propagatione agitatoria ad ritum latinum transirent. Inter alios his ultimis diebus in Kijów amplexus est catholicismum ritus latini princeps Koczubej cum tota sua familia. Diligentius et accuratius haec omnia S. Sedi referre semper promptus est supra nominatus episcopus Dubowski. Ratio, cur schismatici malint catholicismum in ritu latino amplecti, est, quia ipsi, uti dixit minister Russicus comes Tolstoj²⁶³, ecclesiam graeco-catholicam tamquam "demie église" aestimant et putant se tantum in ritu latino certos esse posse, se a nemine coactum iri ad rursus amplectendum schisma, si istud denuo religio imperii totius eveniret.

At revertimur ad ea, quae in Galicia acciderunt. Uti iam supra notavimus, ultra 20 sacerdotes uniti durante invasione Russica ad schisma transierunt. Clerum secutus est populus. Usque ad finem Aprilis a. 1915 Russi circa 100 parochias schismaticas in Galicia condiderunt et novae iam prae-parabantur. Gravissimum argumentum, quo utebantur sacerdotes uniti ad cohibendum populum a schismate amplectendo, erat timor reditus exercitus Austriaci, qui fieri poterat. Notandum est Russos, praeter agitationem incitationemque et protectionem publicam, nullis remediis severioribus usos esse. Statim hoc post ingressum in urbem Leopolim edixerunt et nullum adhuc est indicium eos aliter egisse. Quod aliquos sacerdotes unitos asportaverunt, hoc persecutionem Unionis nondum demonstrat, nam arripiebant eos praesertim [19v] causis politicis ducti, sicut et Polonos sacerdotes plurimos secum abduxerunt (ex. gr. ex archidioecesi Leopoliensi ritus latini 28 sacerdotes et 23 alumnos seminarii archidioecesani asportaverunt). Ceteroquin integrarum parochiarum Ruthenarum defectiones in schisma iam ultimis annis ante bellum eveniebant et omnes noverunt totos districtus per agitationem schismaticam subversos fuisse. Piae peregrinationes ad schismatica loca sacra in Russia haud infrequentes erant. Districtus Galiciae: Sokal, Brody, Złoczów, Tarnopol, Skała, Żółkiew (ex parte), Kossów, Śniatyń; in Galicia occidentali: Sanok, Gorlice, Krosno, Jasło, Grybów, Nowy Sącz iam ante bellum exortum erant pro schismate praeparati, quamvis parochiae graeco-catholicae numero frequentes essent, debebant igitur parochiani esse haud ignari suae religionis (initio a. 1912 erant in Galicia 1869 parochiae

²⁶² Locus in Ucraina occidentali, in districtu Tarnopol.

²⁶³ Demetrius Andraeae (Dmitrij Andreevič) Tolstoj (1823-1889), comes. A. 1865-1880) "superprocurator" Sanctae Synodi Ecclesiae Russicae. A. 1886-1880 fungebatur munere administri publicae institutioni praepositi, a. vero 1882-1889 erat ab internis negotiis administer.

graeco-catholicae et 2 230 sacerdotes activi; ergo unus sacerdos erat ad usum 1596 personarum; apud Polonos unus sacerdos in 2 287 parochianos).

Unionis in Galicia conditio

Rationes ignorantiae religionis apud Unitos altius quaerendae sunt. Ex parte comprehendit eas Rev. Gregorius Chomyszyn, hoc tempore episcopus graeco-catholicos Stanislaopoliensis, in sua epistula pastorali a. 1916 data et "De missione nationis Ucrainae in Ecclesia graeco-catholica" tractante (Stanisławów 1916)²⁶⁴. En eius verba: "(p. 29) Ante bellum fuse lateque diserebamur verbis et scriptis semper tantummodo de ritu, quae testantur non tantum nostri ritus, sed etiam ipsius fidei causam in discrimen vocari. Cum animum praesertim in ritum recte observandum adverterimus, id factum est, ut non solum ritus incolumis non asservaretur, sed etiam, ut animi nostri in omnibus, quae ad finem pertinerent, relanguagescerent". Ibidem infra: "haec fortasse est causa gravissima, cur adhuc in nostris sacris et nostro ritu talia toleraverimus, quae cum nostra fide catholica [20r] componi non possunt"²⁶⁴. Hoc modo fons omnis mali est ab episcopo Chomyszyn optime demonstratus, quia revera Uniti Galiciani omnem animum ad hoc intenderunt, ut quam plurimum ab Ecclesia latina distinguerentur. Reformas liturgicas in re et forma Ecclesiam graeco-catholicam a schismatica distinguentes in Synodo Zamoscena a. 1720 introductas et a Summis Pontificibus approbatas, quae optime spiritum religiosum Unitorum terrae Chelmensis enutriverunt, Unitae Galiciani iam ante a. 1870 mutaverunt. Si novissimis annis introduxerunt devotiones, quae sunt in usu Ecclesiae latinae, fecerunt id saepe ex motivis politicis et nationalibus. Ex. gr. devotio in honorem B. V. Mariae mense Maio celebrata passim incipiebatur ab ipsis secundum calendarium Gregorianum, ne forte populus, qui istam devotionem in ecclesiis Polonis maximo cum splendore celebratam multum amat, hanc ob causam ecclesias latinas frequentaret. In concionibus ad populum saepe de discrimine inter Ecclesiam graeco-catholicam et latinam conspicuo et non de doctrina Dei res agebatur. Ista consilio ante a. 1870 facta purgatio ritus graeco-catholici a reformis in Synodo Zamoscena introductis et posterior conservatismus liturgicus pro causa fuerunt, ut discrimen inter schisma et Unionem fere evanuerit. Satis est meminisse: in omnibus libris liturgicis Unitorum in Galicia similiter atque in schismaticis sermonem esse tantum de septem conciliis oecumenicis; adhiberi locutiones "tsar" et "orthodoxus" (prawosławny) ad designandum imperatorem et quemcumque fidelem, cum prima earum locutionum solum caesarem Russiae, altera vero eius subditos schismaticos nostris in regionibus significat, quo loquendi modo schisma familiare redditur quoddam et notum consuetumque populo, eoque ad schis-

²⁶⁴ De hac epistula epi Chomyszyn vide N. 15.

ma populus ducitur. Schismaticorum more plurimas preces fundunt Uniti pro imperio magistratibusque civilibus, quia ita praescribunt antiqui libri liturgici, contra pro papa vix orant, quia hic mos posterioribus temporibus introductus est. Inter institutionem externam ecclesiarum graeco-catholicarum et schismaticarum fere nullum est discrimen. Uniti retinent adhuc calendarium Iulianum, quod nota est insignis vicinae ecclesiae schismatica. Eucharistiae cultus est exiguus, contra [20v] cultus imaginum sicuti apud schismaticos modos et fines iustos excedit. S. Iosaphato, Martyri et Unionis Patrono, nullus fere cultus tribuitur. Omnia haec in supra citata epistola pastoralis episcopi Chomyszyn (p. 7-25) commemorantur.

Innovationum odium propter metum, ne Latini et postea Poloni fierent, effecit, ut Ecclesia unita graeco-catholici ritus maiore ex parte non vigeat et non potuerit perducere populum suum ad S. Sedem ita adamandam, sicuti hoc obtinuit per suas reformas Ecclesia in terra Chelmensi. Populus non vidit ullum discrimen inter Unionem et schisma et in hac persuasione affirmabatur hoc facto, quod orthodoxi pastores tempore invasionis Russicae in Galicia (1914-1915) sua sacra in ecclesiis graeco-catholicis, saepe praesentibus sacerdotibus unitis, obibant et viceversa sacerdotes uniti schismaticorum sacris intererant. Eisdem temporibus continebat, ut schismaticus pastor confessiones exciperet et sacerdos unitus eisdem hominibus communionem distribueret et viceversa. Occasione ingressus imperatoris Russiae in urbem Leopolim solemniter sacra schismatica celebrata sunt, quibus intererant etiam nonnulli sacerdotes uniti, id quod animos multorum Russorum vehementer permovit. Disputata sunt multa de hac re a Russis et scripta in actis diurnis, quorum haec fuit conclusio: Uniti canonicam archiepiscopi schismatici potestatem agnoscunt, si simul cum ipso celebrent; quo facto Unionem idem esse ac schisma profitentur. Omnino Russi in Ecclesia unita nullum discrimen inter ipsam et propriam schismaticam inveniunt, quod cum admiratione in litteris ad ephemerides Russicas missis offerebant et gaudio exultabant; quod Ecclesia unita remansit schismatica.

Hic Ecclesiae unitae defectus non solum ii ipsi, sed etiam Ecclesiae latinae detrimentum importare potest. Nostris in regionibus multa exstant matrimonia mixta. Secundum leges apud nos vigentes liberi in matrimoniis mixtis, qui masculini sexus sunt - patris, qui vero feminini - matris ritum sequuntur. Russi tamen omnes liberos matrimoniorum mixtorum, quorum una pars schismatica est, orthodoxos putant. Apud nos in Galicia multa numerantur matrimonia mixta inter catholicos latinos et unitos. [21r] Cum tempore invasionis Russicae (1914-1915) multi uniti ecclesiae schismaticae adhaeserunt, magistratus Russici omnes liberos e matrimoniis mixtis in libros schismaticos inscribi mandaverunt, tamquam ii iam ritu latino baptisati fuerant. Unum factum ex. gr. in memoriam revocamus. Gubernator Russicus Mielnikov²⁶⁵ litteris Leopoli die 13 Maii 1915 datis a Consistorio me-

²⁶⁵ Mel'nikov, generalis gubernator Leopoltanus a. 1915.

tropolitano Leopoliensi rit. lat. expoposcit, ut patribus ordinis S. Dominici, qui in parochia Podkamień²⁶⁶ curam animarum gerunt, Petrum die 21 Februarii 1915 baptisatum, filium Nicolai Trznadel, latino-catholici, Poloni, et Theclae, graeco-catholicae, Ruthenae, de libris natorum et baptisatorum suae parochiae eximere mandaret, mater enim pueri, cum pater eius initio belli militiae nomen dedisset, ecclesiae schismatica se addixit. Quae cum ita sint, num possumus nos episcopi Poloni permittere, ut populus noster Polonus in terra Chelmensi, qui post tot tormenta tandem Ecclesiam catholicam latinam laetus intravit, Ecclesiae unitae invitatus adiungatur et una cum ista in discrimine schismatis versetur?

Reformae sociales in Republica Ukrainensi

Nuper orta Res Publica Ukrainensis secundum praecepta doctrinamque socialisticam, ad extremum ductam, est facta. Nam quo edicto nova res publica existere praedicabatur, eodem nova atque adhuc inaudita lex, quam vim haud dissimulatam potius quam legem recte diceret, in lucem prolata est, qua publicata praedia rustica, praeter quanta a possessoribus ipsis nullius ope adhibita colantur, communia toti populo laboranti sunt attributa. Neque pro hoc abrepto agro ullum praemium eis, qui possederant, designatum est. Haec violenter instituta fundi expropriatio non solum civium divitissimorum divitumque, sed etiam ecclesiarum monasteriorumque ordinem cuiusvis rei publicae subversura videtur.

Quae regimen Ukrainense de religione sentiret, facillime ex lege de matrimonio et baptismo ferenda cognosci poterat, qua matrimonia civilia facienda praecipiebantur. Matrimonii in ecclesia benedictio actum demum civilem sequi potest. Divortia utraque parte consentiente [21v] permittuntur, atque tunc causae matrimoniales, quod divortia attinet, a potestate civili, uno vero sponso poscente a iudiciis districtualibus cognoscuntur. Uxor etiam post nuptias cognomine propriae familiae uti potest. Nulla quoque intercedit differentia inter liberos legitimi atque illegitimi thori. Caeremoniae ecclesiasticae in collatione baptismi atque in funeribus facultativae sunt. Quomodo nunc matrimonia in Ukraina ineantur, sequenti demonstratur authentico exemplo: "in municipio civitatis Kamieniec Podolski in generali conventu Consilii operariorum atque militum die 25 Januarii 1918 hora 8 vespertina haec secundum leges a Generali Rei Publicae Ukrainensis Consilio latas peracta sunt: Nos infra scripti: civis 207 legionis pedestris de Novobajazet, Sergius Constantini Murga filius et Maria Adalberti Nowicki filia, civis pagi Muksza Kitajgorocka, solemniter Consilio populi deputatorum non verum civile matrimonium non propter commoda neque propter turpia privata desideria, sed ut indulgeamus motibus animi sublimioribus sanctoque et casto amori, contrahere iuramus. Iuramus quoque, novas socialismi

²⁶⁶ Locus in Ucraina, a Leopoli versus orientem.

intrantes vias, praecepta de communi vita, ut collegas decet, stricte et sancte observare et, si opus fuerit, nos pro bono novi ordinis socialis libenter altare libertatis cruore nostro iuvenili spargere paratos esse. Item si vita nobis onus fuerit, si sententiae nostrae de re publica unitate caruerint et si hae diversae persuasiones consortium nostrum nostramque vitam domesticam disturbaverint, tunc sine contributione aut quidquam postulando salva amicitia nostra discedere. Hoc nominibus nostris subscriptis firmamus".

Ukrainenses Galiciani et novae in Republica Ukraina mutationes

Apud Ukrainenses in Galicia, ut in clero ita apud laicos, nullam usque nunc huiusmodi dissolutionis vitae socialis in Ukraina vidimus reprehensionem. Immo expropriatio terrae cum applausu ab eis est accepta. Generalis Conventus Ukrainensium in Galicia, qui decembri exeunte a. 1917 Leopoli factus est et cui circa 150 deputati districtualium [22r] societatum, 13 legati in comitia generalia Austriaca et 7 legati in comitia provincialia in Galicia interfuerunt, omnia latifundia publice coemenda atque populo distribuenda esse edixit. Societas Ukrainensis terrae Chelmensis liberandae causa condita, quae sedem suam Leopoli sodalesque Ukrainenses Galicianos habet, in suis publicis litteris, post pacem Brestiae Lithuanorum (9 II 1918) iam compositam promulgatis, sic populum Chelmensem alloquitur: "Nos sequimini ... Non erit apud nos terra dominica vel rustica. Terra omnis pagi erit atque regiminis erit communis, omnesque secundum iustitiam una vice meliorem, altera vero peiorem accepturi erunt, nostrumque consilium Ukrainense, Kijoviae sedem habens, uni cuique aequo modo assignabit ... Non dabuntur connubia solemnibus dictis a sacerdotibus pro pecunia sancta, sed quique a magistro vici nulla soluta mercede legem accipiet. Dominatio Ecclesiae Polonicae sacerdotumque Polonorum finem iam inveniet ...". Ecce authentica legum Rei Publicae Ukrainensis interpretatio.

Corollarium

Edicto generalis ducis Ucrainae Skoropadski²⁶⁷, qui imperiis Germanico et Austro-Hungarico consentientibus Rem Publicam Ukrainensem initio Maii 1918 gubernare coepit, religio orthodoxa, qua religio status promulgata est²⁶⁸. Optime omnes scimus, quantopere religio schismatica, qua religio status, adversus alias confessiones non indulgens sit, quamque omnes in rebus divinis dissentientes excludere et delere conetur. Ecclesia schismatica per 200 fere annos unionem debellabat eamque delevit, optimo iure igitur

²⁶⁷ Paulus Skoropadskij (1873-1945), generalis Russicus. A. 1917-1918 dux I Corporis Exercitus Ucrainensis. A m. Aprili usque ad Decembrem 1918 generalis dux (hetman) Ucrainae. Post a. 1918 in exsilio Berolini vitam debebat, Societati Monarchisticae Ucrainensium praefectus.

²⁶⁸ Cfr. annexum n. 2 ad N. 24.

timere debemus, ne regimen Ukrainense, rusticis orthodoxis innisum, ordine communi stabilito, religionem catholicam, utpote eam, quae minime imperio inservire velit, subvertere studeat. Volumus ergo nos, episcopi Poloni, populum Chelmemsem, ne novas persecutiones patiatur et periculo orthodoxae religionis introducendae exponatur, defendere, summumque hoc officium nostrum putamus.

Quae omnia Tibi, Sancte Pater, referimus. Serius ne sit, metuimus, sed dolore non mediocri adhuc prohibiti sumus, quominus aliorum defectus [22v] culpasque revelaremus. Diutius tamen tacere non possumus. Nam audivimus Ukrainenses homines et ecclesiasticos et profanos passim violenter Polonos increpare eisque crimini dare, ab illis orthodoxorum in unionem conversiones non admitti, prae ceteris autem Polonos, cum populum Chelmemsem - qui post edictum de indulgentia adversus dissentientes in rebus divinis a. 1905 a regimine Russico promulgatum religionem schismaticam deseruit, Ecclesiaeque catholicae in ritu latino adhaesit - de novo in ritum graeco-catholicum transcribere impedirent, spem propagandae fidei catholicae in Ukraina, id, quod e terra Chelmensi facile perfici posset, tollere accusant. Ubicunque locorum has contra nos querelas proferunt, multique catholici in Germania et Austria, ut quibus vera de terra Chelmensi ignota sint, accusatoribus nostris facile aures praebent. Contra inique dicta haec proferenda vel potius repetenda nobis videntur:

1) populus Chelmemsis e religione orthodoxa a. 1905 et 1906 in catholicam Ecclesiam rediens, a nemine coactus, immo Russis repugnantibus, non graecum sed latinum ritum amplexus est;

2) populus hic maximam sibi iniuriam illatam esse putaret, si contra suam voluntatem unioni adscriberetur, scit enim, rerum memoria edoctus, unioni illi semper reditum in schisma imminere;

3) ante omnia unionem e Galicia proveniente non vult et non recipiet, optime enim memoria tenet a sacerdotibus unitis, e Galicia venientibus, magistratus Russicos in delenda unione schismaque annis 1874 et 1875 introducenda [sic] adiutos esse;

4) unio in Galicia spem bonam non dat, per se hunc populum Ecclesiae catholicae conservatum iri; tempore enim Russicae invasionis a. 1914-1915 Ruthenum populum unitum, instructione religiosa carentem, exemplum suorum pastorum secutum, facillime religioni orthodoxae favere apparuit;

5) nolumus populum hunc effrenatae multitudinis licentiae orthodoxaeque religioni, quae nunc in Ukraina praepotentes sunt, praedae dare;

6) populus Chelmemsis se Polonum esse atque in Polonia manere velle, [23r] paucissimis exceptis, professus est. Voluntatis huius ratio habenda est, nam natura ipsa exigitur.

Haec nunc tantum tacta, supra uberius sunt tractata. Semper nos defendemus, ne Rutheni sacerdotes uniti e Galicia hos in Ukraina vel terra Chelmensi, qui a maioribus iam ritus latini sunt, vel ei sua sponte adhae-

serunt, ab eodem ritu avellere studeant; non est enim nobis dubium, quin aeterna eorum salus in hac conditione, in qua vivere nunc coacti sunt, in latino solum ritu tutissima sit.

Ad pedes Tuos, Sanctissime Pater, provoluti ardentissimi studii et amoris erga Sanctam Sedem profundissimaeque Personae Tuae venerationis necnon subjectionis professionem renovamus. Pedes Tuos genuflexi osculantes, benedictionem paternam nobis atque curae nostrae commisso populo petimus.

Leopoli die 30 maii 1918.

Adnotatio auctorum commentarii:

(1) *Tota epistola maximi est momenti, rationem enim vitae religiosae, quam Uniti*

agunt, optime demonstrat. Unum exemplar huius libri adiungimus.

Adnotatio editoris:

a) *In textu erronee: 1918.*

N. 20.

Achilles Ratti

Casimiro Michalkiewicz, administratori apostolico Vilnensi

Varsaviae, 9 VI 1918.

De munere visitoris apostolici sibi commisso certiore eum facit et ex mandato Secretariatus Status nuntiat papam et secretarium status, difficultates, quibus dstringitur, cognoscentes, multa fiducia eum prosequi simulque hortari, ut maxima prudentia agat et operetur.

Reg. (ms): AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 348r-v (N.prot. 2), cum adnotatione manu Pellegrinetti: "Spedito il 9 Giugno per mezzo del Prof. Dr. Emil Godlewski, iuniore, decano della Facoltà di Medicina nell'Università di Cracovia".

Achilles Ratti, apostolicus Visitor Poloniae, Rev.mo D.no D.no Casimiro Michalkiewicz, salutem plurimam in Domino dicit.

Qui in Poloniam Visitor Apostolicus a S. Patre nostro et Domino Benedicto PP XV, ut fortasse iam nosti, missus sum et ante decem dies Varsaviam perveni, quae prima et tuta sese offert occasione lubentissime utor, ut ad te saltem in scriptis veniam teque alloquar.

Habeo enim in mandatis, ut certiore te faciam S. Patrem et Excellentissimum Cardinalem a Secretis Status bene nosse quibus difficultatibus

distringaris, eosdemque te hortari, ut maxima prudentia conversari et operari pergas; Sanctam item Sedem existimatione et fiducia multa te prosequi et diuturnae tuae servitutis rationem habere: esse etiam in votis, ut quae mihi communicanda committuntur visibili aliquo signo eoque proximo tibi probari queat^{a)}.

Vehementer cupio et studiose conabor ad te venire et os ad os loqui. Sic me Deus adiuvet, apud Quem ut sanctissimis precibus tuis me commendes, fausta quaeque vicissim adprecans, enixe rogo.

Dabam Varsaviae, die et anno quo supra.

^{a)} *In margine manu Pellegrinetti: "Allegata nota della Segreteria di Stato" (vide. N. 10).*

N. 21.

Aepus Bonaventura Cerretti
Achilli Ratti

Romae, 10 VI 1918.

Nuntiat se binas litteras eius, 24 V 1918 datas, accepisse, quas in registrum suum referre non teneatur; papam et card. secretarium status mutationes ab eo factas in itinere in Poloniam perfecto plane approbare; summum pontificem licentiam ei concessisse benedictionem apostolicam, quoties sibi opportunum videatur, impertiendi; postulante necessitate se esse curaturum, ut ad eas, quas iam habet, novae facultates adiungantur.

Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 292r-293r. In f. 291r adnotatio secretarii: "Ricevuto 29 Settembre. N.B. Questa lettera fu accompagnata da altre del Nunzio in Vienna Mons. Valfrè di Bonzo del 25 VI 1918, seguito Prot. 174 A.75". Litterae Valfrè di Bonzo de 25 VI 1918 (N.prot 8736), his adiunctae, in eodem ms. 191 f. 326 inveniuntur.

Ill.mo e Rev.mo Monsignore,

Comme règle générale la Ligue Catholique des Femmes Polonaises a pris part pendant les 11 années de son existence aux jubilés nationaux, aux réunions, aux cérémonies funèbres des hommes de mérite, aux fêtes nationales, partout enfin où elle a put manifester ses convictions polonaises et catholiques au nom desquelles elle désire servir fidèlement la cause de Dieu et de la patrie selon la devise qu'elle a à côté: "Pro Christo et Patria"³⁰⁰.

²⁹⁹ Alma Tadema Lawrence (1865-1940), scriptrix et rei socialis promotrix, i.a. secretaria Fundationis salutis publicae Polonorum ab Ignatio Paderewski a. 1915 conditae.

³⁰⁰ Cfr. R. Bender, *Spoleczne inicjatywy chrześcijańskie w Królestwie Polskim 1905-1918* [Actiones sociales christianae in Regno Poloniae a. 1905 -1918], Lublin 1978, p. 122-123.

N. 26.

Eugenius Pacelli, nuntius apostolicus in Bavaria
Achilli Ratti

Monaci, 16 VI 1918.

Petit, ut expiscari conetur, quae sit ordinarii archidioecesis Mohiloviensis, aepi Eduardi de Ropp, sententia de negotiis, quae tractantur in adiunctis epistulis sacerdotum Letticorum, per sac. Felicem Stolz, militum in exercitu Prutheno cappellanum, sibi missis.

Or. (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 154r-v (N.prot. 7 239), cum adnotatione manu Ratti: "R[icevuto] 25 VI [19]18 p[er] mano [del] Princ[ipe] Ladislas Lubomirski in Vienna".

Ill.mo e Rev.mo Signore,

Il sacerdote Felice Stolz, parroco militare nell'esercito prussiano, mi ha rimesso i qui acclusi documenti, coi quali il Clero lettone, nell'impossibilità di comunicare col proprio Ordinario, chiede che per provvedere agli urgenti bisogni spirituali di quella cattolica popolazione, minacciata specialmente dalla propaganda massimalista, la S. Sede addivenga alla nomina di un Vescovo od almeno conceda più ampie facoltà ad uno degli ecclesiastici ivi segnalati.

Prima di trasmettere alla S. Sede medesima tale domanda, sembrami sarebbe assai conveniente ed opportuno di interrogare in proposito l'Ordinario del luogo, che è l'Arcivescovo di Mohilew³⁰¹, ed a questo scopo mi permetto rivolgermi allo zelo della Signoria V.ra Ill.ma e Rev.ma, affinché si compiacca, coi mezzi i quali sono a Sua disposizione, ad esempio per il cortese tramite di Mons. Przeździecki, procurarmi possibilmente con sollecitudine, il desiderato parere di Mons. de Ropp restituendomi al tempo stesso i suaccennati documenti^{a)}.

RingraziandoLa fin da ora per quanto Ella vorrà fare al riguardo, mi pregio confermarmi con sensi di profonda venerazione

Della Signoria V.ra Ill.ma e Rev.ma

^(b)Umil.mo Devo.mo Servo

† Eugenio Pacelli Arcivescovo di Sardi
 Nunzio Apostolico^{-b)}

³⁰¹ Eduardus de Ropp (1851-1939). Presbyteratus ordinem suscepit Caunae 2 VIII 1886, epus Tiraspolitanus cum sede in Saratov nominatus 9 VII 1902, a. 1902-1907 epus Vilmensis. Die 2 XII 1917 nominatus metropolita Mohiloviensis. A. 1919 a maximalistis Russicis detentus et ex Russia expulsus. In Polonia missionarios in terris Russiae laboraturos insituendos curabat. Obiit Posnaniae.

Annexum n. 1:

Index documentorum, litteris nuntii Pacelli adiunctorum,
manu propria Achillis Ratii scriptus^{c)}

Lettera (in tedesco) del padre Stolz al Nunzio 11.6.1918 (senza numero).

Lettera (in tedesco) del Decano Rosittense³⁰² allo stesso (idem).

1. Lettera (latina) del Decano stesso ed altri 24 preti allo stesso, 20 Maii 1918.

2^a. Decanati Lettgaleses (grande carta in cartella) - e 2^b foglio d'atlante: Carta della Russia Europea (in russo).

3. Concessione (latino) di facoltà al Decano Rzeżyco-Raznensi 11 Agosto 1915 per Johannem Baptistam Cieplak, Epum Evariensem, Suffraganeum Mohiloviensem³⁰³.

6^d). Memorial der Vertreter Lettischer, Polnischer u. Deutscher Bevölkerung von Polnisch Livland (Letgallen).

7. An Seine Königliche Hoheit den Prinzen Leopold von Bayern³⁰⁴, colla firma e il bollo parrocchiale del Decano Rosittense 17 Mai 1918 - copia ("Unterschriften"), mancano però i nomi dei "sottoscritti".

8. "Der schriftliche Bericht" nella lettera del padre Stolz: 8.ter Beschluss des Lettischen Landschaftsrates an die Deutsche Regierung in Copie.

Si domanda: 1) la separazione dei tre decanati: "Rosittensche, Ljuzynsche und Dünaburger"³⁰⁵ dalla Russia e loro unione alla Latwija (a Curlandia e Livonia); 2) autonomia nel sistema degli stati della Latwija.

a) *Hic in margine exstat adnotatio manu Achillis Ratii facta: V[ede] a tergo l'elenco dei documenti acclusi, che non sono di gran lunga tutti quelli nominati e descritti nella lettera del parroco Stolz a Sua Ecc. Mons. Nunzio*

b-b) *Manu propria Eugenii Pacelli.*

c) *Cfr. supra, notam a).*

d) *Talis numeratio introducta est in originali.*

³⁰² Hodie Rezekne in Letlandia, provincia orientali Livoniae, olim ad Poloniam pertinente (Polonice: Rzeżyca).

³⁰³ Ioannes Baptista Cieplak (1857-1926). Ordinem presbyteratus accepit a. 1881 in oppido Kielce. A. 1907-1917 erat vicarius capitularis Mohiloviensis. A. 1908 nominatus epus tit. Evariensis et auxiliaris Mohiloviensis, a. 1919 nominatus aepus tit. Ochridensis. A. 1922-1924 comprehensus et in carcere detentus a Russiae Sovieticae auctoritatibus. Aepus Vilmensis nominatus est 14 XII 1925. Obiit 26 II 1926 in Passaic (in Foederatis Americae Sept. Civitatibus), antequam archidioecesis regimen aggredi posset.

³⁰⁴ Lepoldus dux Bavariae (1846-1930), marescalcus. A. 1916-1918 supremus exercitus Germanici dux in fronte orientali.

³⁰⁵ Id est, qui sedes habebant in hodiernis principalibus oppidis Letlandiae: Rezekne, Ludza (Łuszyń) et Daugavpils (Dünaburg).

N. 27.

**Eugenius Pacelli, nuntius apostolicus in Bavaria
Achilli Ratti**

Monaci, 17 VI 1918.

Significat litteras eius, 4 VI 1918 datas, ad se pervenisse, pro novis cum cancellario Hertling communicatis gratias agit et pollicetur se ea secretario statusrelaturum esse.

Or. (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 156r (N.prot. 7251).

Ill.mo e Rev.mo Signore,

Graditissima mi è giunta oggi la venerata e cara lettera della Signoria V.ra Ill.ma e Rev.ma in data del 4 corrente³⁰⁶, e, mentre Le rinnovo l'espressione della viva gioia che mi procurò il Suo troppo breve passaggio per questa città, mi congratulo sinceramente con Lei, che ha iniziato con sì felici auspici la Sua alta ed importantissima Missione. In particolar modo, poi, La ringrazio per essersi con tanto premurosa cura interessato presso il Signor Cancelliere dell'Impero delle comunicazioni da me affidateLe, e L'assicuro che porterò senza indugio a conoscenza dell'Eminentissimo Superiore le interessanti notizie da V.ra Signoria favoritemi a tale riguardo.

Sempre lieto di servirLa in quanto possa esserLe utile, Le offro i rispettosì omaggi di questi ottimi Monsignori Uditore³⁰⁷ (ora completamente ristabilito) e Segretario³⁰⁸, e mentre La prego di ossequiare cordialmente da mia parte cotesto Mons. Arcivescovo e Mons. Przeździecki e di ricordarmi all'egregio Sacerdote Dr. Pellegrinetti, con sensi di ben distinta e devota stima mi pregio confermarmi

Della Signoria V.ra Ill.ma e Rev.ma

(a-umil.mo dev.mo servo

† Eugenio Arcivescovo di Sardi

Nunzio Apostolico^{a)})

^{a-a)} *Manu propria Pacelli.*

³⁰⁶ In actis nuntiaturae nulla huius scripti mentio habetur.

³⁰⁷ Laurentius Schioppa.

³⁰⁸ Maurilius Silvani (1882-1947), secretarius nuntiaturae Monacensis, postea aepus tit. Naupacensis et nuntius apostolicus in rebus publicis Haitiana et Sancti Dominici (1936) ac deinde in rep. Cilena (a. 1942-1945).

N. 28.

**Ianussius Radziwiłł, moderator Departimenti Status
Achilli Ratti**

Varsaviae, 18 VI 1918.

Mittit extracta ex protocollis sessionum Supremi Consilii Ministrorum Regni Poloniae, diebus 1 V et 12 VI 1918 peractarum, quae continent decisiones de dioecesi Podlachiensi restituenda.

Or. (ms): AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 139r (N.prot. P/282/18). In f. 140r et 141r annexa, quorum exempla, Gallice et Latine scripta, ex Cancellaria Gubernii Civilis Consilii Regentium probabiliter provenientia, servantur etiam in involucro 206 f. 161-162.

Monseigneur,

Le Département d'Etat a l'honneur d'adjoindre à la présente les copies des décisions du Conseil des Ministres du Royaume de Pologne, du 1. mai et du 12. juin courants, relatives à la question du diocèse Podlakhien.

Veillez, Monseigneur, agréer l'expression de ma très profonde considération.

Le Directeur du Département

(a-J[anusz]Radziwiłł^a) 309

Annexum n. 1:

Extrait du procès-verbal de la 8-ème séance du Conseil des Ministres du Royaume de Pologne, du 1 mai 1918.

Point 4. L'avis du Ministère des Cultes Religieux et de l'Instruction Publique portant sur le rétablissement du diocèse Podlakhien, fut accepté en principe. Néanmoins, il fut constaté, qu'en réalité il ne s'agissait pas du rétablissement, mais de la nomination à l'épiscopat vacant de ce diocèse, qui n'a jamais cessé d'exister légalement. Il fut décidé, que la ville de Siedlce doit être la capitale provisoire de ce diocèse, attendu que quant à la fixation définitive de sa capitale nulle décision ne fut présentement arrêtée en raison de l'avenir politique non éclairci de la Terre de Podlakhie.

Pour copie conforme à l'original.
Directeur du Département d'Etat
Radziwiłł^a)

³⁰⁹ Ianussius Franciscus Xaverius Radziwiłł (1880-1967), iurisperitus et homo politicus. A. 1918 Departimenti Status praefectus. A. 1928-1935 deputatus ad dietam (sejm) et a. 1935-1938 ad senatum.

Annexum n. 2:

L'avis du Département d'Etat, porté au Conseil des Ministres sur la question de donner communication à l'Archevêque et au Visitateur Apostolique, de la décision du Conseil des Ministres concernant le rétablissement du diocèse Podlakhien.

Le Département d'Etat porte au Conseil des Ministres, afin de soumettre à sa décision, l'avis: de donner communication à Mgr. le Visitateur Apostolique de la teneur de l'avis du Ministère des Cultes Religieux et de l'Instruction Publique sur la question du rétablissement du diocèse Podlakhien, ainsi que de la décision respective de la 8-ème séance du Conseil des Ministres, du 1 mai.

Directeur du Département
(-) Radziwiłł

L'avis fut porté au Conseil des Ministres le 12 VI 18.
La décision fut prise conformément à l'avis.

Signé: Président des Ministres
(-) Steczkowski³¹⁰.

Pour copie conforme à l'original.
Directeur du Département
Radziwiłł^{a)}

a) *Manu propria.*

N. 29.

**Augustinus Losiński, epus Kielcensis
Achilli Ratti**

Kielce, 18 VI 1918.

Summi pontificis misso obsequia et officia defert et nuntiat se, non acceptis litteris passus seu placito regiminis Germanici, ad conferentiam episcoporum provinciae metropolitanae Varsaviensis non esse venturum, ad quam substitutum suum canonicum Antonium Bożek mittit.

Or.: AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 150r-151r, cum adnotatione manu Ratti: "Ricevuta 20 VI 1918".

³¹⁰ Ioannes Cantius Steczkowski (1862-1929), oeconomicae disciplinae et rerum publicarum peritus; regimini Regni Poloniae praepositus (1918), Mensae Argentariae Provincialis Leopoltanae moderator (1913-1920), aerarii publici praefectus (1920-1921), Mensae Argentariae Provincialis rei oeconomicae praeses (1922-1927).

Excell.me, Ill.me ac Rev.me Domine,

Pergratum est mihi summam reverentiam exprimere Excellentissimo Domino, nomine Summi Pontificis regionem nostram visitanti, atque supplex peto, ut Excellentissimus Dominus a me Beatissimo Patri sincerissimos sensus filialis subiectionis et oboedientiae exhibere dignetur.

Valde doleo, quod de Conferentia Episcoporum non sum maturius certioratus. Die 18 currentis mensis Iunii reversus sum in urbem Episcopalem ex visitatione canonica dioecesis, quam die 7 Maii inchoavi, et putavi eam quam maxime necessariam esse ad occurrendum inceptae agitationi socialisticae inter populum fidelem, pro fine suo habiturae evocare eundem disordinem et nefaria facta, quae in Russia fiunt, id quod esset magno cum detrimento fidei catholicae.

Varsoviam proficisci non possum sine litteris passus seu sine placito regiminis Germanici, ad quod obtinendum mihi aliquot hebdomades expectandum est, nam haec res in cancellariis regiminum occupantium quam solutissime peragitur, vel telegrammata veniunt post aliquot dies.

Mitto ad hanc Conferentiam Canonicum Capituli Cathedralis Kielcensis Antonium Bożek ut meum substitutum, qui litteras passus regiminis Germanici ad manus iam habet.

Sensus summae venerationis profiteor et maximo cum studio atque officio erga Excellentissimum Dominum maneo

^(a)-Servus in Christo

† Aug[ustinus] Łosiński Eppus^{-a)}

^{a-a)} *Manu propria.*

N. 30.

Achilles Ratti

Ianussio Radziwiłł, moderatori Departimenti Status

Varsaviae, 19 VI 1918.

Gratias agit pro missis sibi documentis Supremi Consilii Ministrorum Regni Poloniae, ad restituendam dioecesim Podlachiensem spectantibus.

Cop. (ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 264 (N.prot. 11).

Excellence!

Je viens de recevoir votre communication du 18 juin 1918, n. P 282/18 avec les copies du Conseil des Ministres du Royaume de Pologne du 1^{er} mai

et du 12 juin de l'année courante relatives à la question du diocèse Podlaskien³¹¹. Je vous suis bien reconnaissant de cette aimable communication, comme aussi de l'avoir proposée au Conseil des Ministres auquel et nommé à son Président Son Exc. Steczkowski. Je vous prie de vouloir bien porter l'expression de ma reconnaissance.

Avec les sentiments les plus distingués
(-) Achilles Ratti, Visitateur Apostolique

N. 31.

Achilles Ratti

Augustino Łosiński, epo Kielcensi

[Varsaviae], 19 VI 1918.

Per telegraphium nuntiat de litteris passus ei quam celerrime impetrandis et significat praesentiam eius in conferentia episcoporum plane necessariam esse.

Min. (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 195 f. 438.

Seiner Excellenz Bischof Łosiński.

Man besorgt sofortige Absendung Reisepass, halte für notwendig wenigstens für zweiten Tag bischöfliche Konferenz Ihre Excellenz hier sei³¹².

Achille Ratti, Visitator Apostolicus

N. 32.

Canonici dioecesis Vilnensis

Achilli Ratti

Vilnae, 20 VI 1918.

Sac. Casimiro Michalkiewicz, administratore apostolico dioecesis Vilnensis, in exsilium relegato, opinionem suam proferunt de candidatis, ab auctoritatibus Germanicis et nationalistis, quos vocant, Lithuanis ad sedem episcopalem Vilnensem Sedi Apostolicae forsitan proponendis.

³¹¹ Vide N. 28, annexa n. 1 et n. 2.

³¹² Hoc telegramma Ratti misisse videtur, postquam ab aepe Kakowski per litteras edoctus erat epum Łosiński ad Conferentiam non esse venturum. Cfr. A. 37.

Or.(ms.): AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 152r-153v. In f. 152r adnotatio manu Rati: "Ricevuto 22 Giugno 1918. Per mano Aepi Vars. (Rev. Ignatio Olszański/Vilnensi)". Litterae manu canonici Caroli Lubianiec exaratae sunt.

Excellentissime ac Rev.me Domine.

Die 19 Iunii proxime ante mediam noctem a Gubernio Germanico in exilium actus est Administrator Apostolicus Dioecesis Vilnensis Casimirus Michalkiewicz sub pretexto, quod suus modus agendi noxius sit rebus Imperii Germanici et causet perturbationem in nostra regione. Vera causa exilii, prout nobis omnino clarum et perspicuum est, consistit in eo, quod Dominus Michalkiewicz causam Ecclesiae strenue defendebat et contrarius fuit machinationibus regiminis Germanici, quod despectis omni iure et aequitate fovet iniqua molimina nationalistarum Lituanorum, qui adhibitis omnibus mediis, etiam malis, conantur agere cum magno detrimento religionis in perniciem nationis Poloniae, quae constituit maximam partem incolarum Dioecesis nostrae.

Supra dictis attentis, officio nostro ducimus sine mora certiore reddere per Excellentiam Vestram Sedem Apostolicam de tristissimo facto supra memorati exilii Administratoris Dioecesis Vilnensis. Insuper, bonum Ecclesiae prae oculis habentes, nostrum pariter esse censemus certiore reddere Excellentiam Vestram de iis sacerdotibus, qui praesertim a Gubernio Germanico una cum nationalistis Lituanis proponi possunt Sedi Apostolicae tamquam candidati ad Sedem Episcopalem Vilnae, quorum indolem brevi hic describimus.

Olszewski Constantinus, promotus ad dignitatem canonici Ecclesiae Cathedralis Samogitiensis ab Episcopo Karewicz, ut putamus bona fide, est extremus nationalista Lituanus, cui omnia media, etiam iniqua ad finem suum assequendum sunt licita³¹³.

Maculewicz Joannes, praelatus Capituli Samogitiensis, suo tempore iam a Sede Apostolica reiectus a dignitate episcopali obtinenda, vehemens nationalista Lituanus ac moribus omnino suspectis.

Szaulis, Canonicus Samogitiensis, videtur esse non satis devotus et parum fortis in rebus gerendis ob defectum firmæ voluntatis.

Dombrowski Alexander, praelatus Samogitiensis, est furiosus nationalista Lituanus, qui in scriptis suis offendit principia doctrinae catholicae³¹⁴.

Skwirecki, Canonicus Samogitiensis, videtur esse parum prudens et parum circumspectus in rebus gerendis³¹⁵.

³¹³ Constantinus Olšauskas (Olszewski, 1867-1933), sacerdos dioec. Samogitiensis, rei socialis et politicae Lithuaniae promotor. Fundator et moderator Societatis pro Instructione Publica "Saule".

³¹⁴ Alexander Dombrauskas Jakštas (Dąbrowski, 1860-1938), praelatus capituli Samogitiensis, poeta et vir doctus. A. 1926-1938 moderator Academiae Catholicae Lithuaniae Scientiarum et Artium.

³¹⁵ Iosephus Skvireckas (Skwirecki, 1873-1959). A. 1919 nominatus epus tit. Ceramensis et epus auxiliaris dioecesis Samogitiensis, a. 1926 metropolita Caunensis.

Mironas Ladislaus, vicarius foraneus Merecensis³¹⁶, sacerdos dioecesis Vilnensis, est magnus nationalista Lituānus, parum devotus et parvipendens, ut patet ex suo modo agendi, auctoritatem Ordinario Loci.

Kuchta Josephus, Canonicus Vilnensis, est magnus nationalista Lituānus, homo parum fortis in rebus gerendis et ob suum nationalismum non satis curans ea, quae conveniunt spiritui vere ecclesiastico et vere catholico. Fuit suspensus ab Ordinario Loci ob subscriptum memoriale Lituānorum, oblatum Cancellario Imperii Germanici mense Julio anno 1917. Hoc memoriali continentur nonnulla, quae subscriptione sua sacerdos catholicus non potest probare et admittere.

Żebrowski Leo, Vicarius foraneus Grodnensis, est sacerdos ob suas relationes cum quadam femina moribus suspectis. Hic ultimus potest etiam laudari a multis personis fide dignis, cum pauci nonnisi cognoscant suum modum agendi cum memorata femina³¹⁷.

Hic memoravimus eos nonnisi sacerdotes, qui nobis in mentem venerunt tamquam indigni promotione ad sedem episcopalem. Demum addimus, attento canone 429 § 3 Codicis Iuris Canonici, Capitulum Cathedrale Vilnense electionem Vicarii sui debito tempore esse facturum.

Maxima observantia et subiectione erga Excellentiam Vestram pleni

Membra Capituli Vilnensis

(a) Joannes Hanusowicz³¹⁸

Adamus Sawicki³¹⁹

Fr[anciscus] Wołodźko³²⁰

Joannes Uszyło³²¹

Carolus Lubianiec-a)³²²

a-a) *Manibus propriis.*

³¹⁶ Merkinė (Polonice: Merecz), oppidum in Lithuania occidentali.

³¹⁷ Leo Żebrowski (1873-1953). Ordines sacerdotales accepit a. 1903. Magister theologiae, senator Reipublicae (1922-1927), ab a. 1927 canonicus capituli cathedralis Vilnensis.

³¹⁸ Ioannes Hanusowicz (1864-1940). Presbyteratus ordinem suscepit a. 1886. Candidatus theologiae, praelatus Suae Sanctitatis. Ab a. 1901 praepositus capituli cathedralis Vilnensis et officialis.

³¹⁹ Adamus Sawicki (1864-1942). Sacerdotio actus a. 1890. Candidatus theologiae. Ab a. 1890 praelatus-archidiaconus et procurator capituli cathedralis Vilnensis.

³²⁰ Franciscus Wołodźko (1867-1948). Ordinem presbyteratus suscepit a. 1892. Magister theologiae. Ab a. 1918 praelatus - scholasticus capituli cathedralis Vilnensis. Fuit decanus et parochus parociae s. Theresiae Vilnae (in Porta Acuta).

³²¹ Ioannes Uszyło (1871-1950). Presbyteratum suscepit a. 1894. Ab a. 1907 rector seminarii dioecesanii Vilnensis, praelatus-cantor capituli cathedralis Vilnensis.

³²² Carolus Lubianiec (1886-1942). Presbyteratum suscepit a. 1898. Magister theologiae, inspector seminarii dioecesanii, moderator dioecesanus Apostolatus Orationis, ab a. 1905 canonicus, deinde praelatus capituli cathedralis Vilnensis, rerum socialium promotor.

N. 33.

**Eduardus de Ropp, aepus Mohiloviensis,
Achilli Ratti**

Peteropoli, 20 VI 1918.

Prout Sedis Apostolicae missum eum salutat et sperat fore, ut eum etiam in dioecesi sua mox salutare possit. Edocet eum de condicione Ecclesiae Catholicae in Russia, praesertim de statu eius oeconomico, et rogat, ut Sedes Apostolica missionarios ritus Latini et ritus orientalis illuc mittat. De rerum statu in Russia eum accuratius certiorum facturum est harum litterarum portitor, sac. Aegidius Radziszewski, rector Accademiae Ecclesiasticae Petropolitanae

Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 181r-182v. Litterae ob decolationem atramenti ex toto legi non possunt. Propterea Ratti eas ad Secretariatum Status non misit, quo solummodo versionem earum Italicam pervenire fecit (cfr. N. 68).

Excellentissime Domine.

Qu'il me soit avant tout permis d'exprimer ma joie de ce qu'enfin un représentant du Saint-Siège peut agir dans notre malheureux pays. Soyez le bienvenu, Excellence, et que Dieu daigne bénir Votre arrivée et toutes Vos actions.

Je me permets d'ajouter à mes complimens l'espoir que mon pauvre archidiocèse aura aussi la consolation d'avoir dans ses limites un représentant de Rome; peut-être Vous, Excellentissime Domine, pourriez Vous agir dans ce sens, ou peut-être convaincre Vous même combien nous avons besoin d'aide, soutien et conseil? Pour Vous en donner un faible tableau, je me permettrai de Vous rendre compte, d'une manière succincte de l'état des choses chez nous. Du reste le porteur de cette lettre, Mons. Radziszewski³²³, Recteur de l'Académie ecclésiastique de Pétersbourg, pourra Vous donner tous les détails que Vous désirerez avoir.

Les bouleversements en Russie nous ont donné une chose inappréciable; la liberté du culte et même la liberté de propagande. Il paraîtrait qu'on ne peut [...] désirer de plus, et cependant l'état des choses est déplorable.

³²³ Aegidius Radziszewski (1871-1922), sacerdos dioecesis Cuiaviensis-Calissiensis. Presbyteratus ordinem accepit a. 1896. Studia sua perfecit in Academia Ecclesiastica Petropolitana (ubi titulum magistri theologiae adeptus est) et in Universitate Catholica Lovaniensi (in qua a. 1901 gradu doctoris philosophiae est actus). A 1901-1905 fuit professor et vicerector seminarii dioecesanii Vladislaviensis. Triennio in Gallia transacto, munere rectoris eiusdem seminarii fungebatur, donec a. 1914 ad officium rectoris Academiae Petropolitanae vocatus est. A. 1918 in patriam revertit. Erat conditor et primus rector Catholicae Universitatis Lublinensis a. 1918-1922.

Avant tout en nous donnant moralement beaucoup, le dernier bouleversement russe, le système demi communiste, demi anarchique dans lequel nous vivons, nous a enlevé tout moyen de vivre et a laissé l'état de possession de l'église dans un tel chaos, que nous ne savons pas au juste ce qu'on nous laissera de ce que nous possédons encore après nous avoir [...] tout ce quinze laissait [...] sur le champs. Les capitaux de l'église déposés dans des banques sont inaccessibles pour nous, les papiers d'état dans lesquels, par ordre de l'ancien régime, ces capitaux étaient placés sont annulés; donc pas de revenus, pas de possibilité d'accomplir les obligations qui pesaient sur ces capitaux, même pas de possibilité de remplir les devoirs [.....] nous incombent. L'état [.....] jamais rien, [.....] de la fortune de l'église, qu'il l'avait [.....] Cela aussi a cessé, de sorte que nous ...

L'archidiocèse comme centre d'une province d'église est devenu impossible; ce centre s'est nécessairement poussé plus à l'ouest; et il ne reste qu'un énorme terrain de propagande avec beaucoup de centres de mission déjà prêts à être occupés et avec quelques rares groupements catholiques établis, tels que Petrograd, Moscou et quelques autres villes plus grandes. Le reste des paroisses de l'archidiocèse perdra pour un temps plus au moins long toute signification de paroisses, car aucun curé établi ne pourra s'y maintenir. La main catholique, non liée à la terre, [...] déjà et [...] encore beaucoup plus [...] un pays où des expériences tels que celui par lequel nous passons est possibles [sic]. Rome doit nécessairement se préparer à envoyer en Russie des missionnaires tant du rite latin, que principalement du rite oriental [...]a).

a) *Ultima pagina omnino illegibilis.*

N. 34.

Oratio Achillis Ratti

ad participes IX Conferentiae Episcoporum Provinciae Ecclesiasticae Varsaviensis

Varsaviae, 20 VI 1918.

Obsequia sua et summi pontificis salutationem et existimationem episcopis, clero et populo Polono offert pro perseverantia in fide catholica difficillimis temporibus exhibita; episcopos hortatur, ut propitiis his rerum adiunctis concordes et unanimi pro re catholica in Polonia agant et operentur; pro salutatione et hospitalitate sibi demonstrata gratias agit, missionis suae indolem reli-

giosam indicat et sperat futurum, ut pro communi eorum actione Beatissima Virgo et Cor Iesu Sacratissimum vigilet.

Min. (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 195 f. 432r-434r (adnexa actis conferentiae).

Ed.: KDKK 12 (1918) p. 180-182. In lingua Polona: WAW 8 (1918) p. 342-343; Hospes: *Konferencje Episkopatu prowincji warszawskiej 1906-1918. Kartka z dziejów Kościoła Polskiego*. "Ateneum Kapłańskie", 14 (1927) T. 20, p. 111-114.

Sermo Exc.mi Domini Visitatoris Apostolici

Date, venerabiles et venerabilissimi Patres, date ut post salutationem et benedictionem Ss.mi Domini Apostolici, quas ad Vos mihi in mandatis peramanter dedit deferendas et communicandas, mea humilia obsequia vobis omnibus et unicuique vestrum, in primis autem Excellentissimo Archiepiscopo huius nobilissimae urbis et ecclesiasticae Provinciae, ex corde exhibeam et officia mea atque opera tamquam servi addictissimi vobis offeram.

Etsi enim rerum, imo iuris adiuncta ferant, ut pro pontificia quam utut indigne personam gero, primam inter vos, inter tantos scilicet viros et antistites, sedem obtineam; possum tamen immo debeo, de hac mea iuridica persona illud ipsum dicere, quod Dominus Noster Jesus Christus de sua doctrina: persona haec mea non est mea, sed eius qui misit me Patris, Sanctissimi scilicet et Beatissimi Patris Nostri et Domini mei singularissimi Benedicti Papae XV-i.

Nam ad meam propriam et, ut dicunt, physicam personam, quod attinet, ego quidem minimus vestrum sum, et (vere et sincerrime dico) non sum dignus, ut procidens solvam corrigiam calceamentorum vestrorum. Suspicio enim vos heroici gregis pastores heroicos, qui sub ipsa orthodoxiae, imo heterodoxiae et schismatis dominatione, oppressione et persecutione, tum etiam mediis in belligerantium incursionibus, occupationibus et devastationibus ovile quisque vestrum et custodire et defendere et pascere nostis, arcissima semper cum Petri Sede cohaesione servata, uti et vobis scribens laudabundus et gratissimus ipse Pastor memorabatur et me praesens alloquens, quasi timores meos excutens et animum adiiciens repraesentabat. "Invenies, dicebat Beatissimus Pater, invenies episcopatum optimum et Nobis Sedique Apostolicae addictissimum (gaudebam audiens, gaudeo referens vobisque ex animo gratulor). Invenies episcopos et claros et fideles, qui te cum desiderio expectant et cum gaudio excipient, clamaverunt enim ad Nos de tribulatione sua et ut quendam mitteremus expetiverunt, et si quid dolet (volumus dicas), hoc est non potuisse nos eos maturius exaudire". Quam vere ea a Sanctissimo Patre dicta essent, ipse vidi et expertus sum, statim ac post peragratam magnam bellantis et perdolentis Europae par-

tem fines Poloniae ingressus sum, obviantibus nempe, salutantibus et plaudentibus ad ipsam ferrostratam viam, cleri et populi Polonici veluti primitiis. Prae ceteris autem excellentissimo eodemque humanissimo Praesule Vladislaviensi³²⁴, donec pervenissem Varsaviam, ubi Excellentissimus et Rev.mus Archiepiscopus³²⁵ (cui adstabant et concinebant illustria cleri et laicatus quasi specimina) quo meliori fieri non potuisset modo me excepit atque ad aedes archiepiscopales per mediam urbem eundo curru suo deducebat ibique cordialiter aequae ac splendide usque ad paucos ante dies hospitem sustinebat. De quibus omnibus et Archiepiscopo et Praesuli Vladislaviensi et cunctis ac singulis de clero ac laicatu gratias multas et ago et habeo nunquam desituras.

Gratiam item Dei bonitati et ago et habeo, quod cum memet universo clero et populo Varsaviensi praesentandi solemnitate ipse et processione Corporis Christi, verum sane fidei et pietatis spectaculum, vere divinam occasionem praeberit, peropportunam perque iucundam mihi reservaverit vos omnes, Venerabiles Patres, et quidem ipsa huius Conventus convocatione quodammodo adeundi et summo obsequio salutandi et nunc una simul conspiciendi et adloquendi; Conferentiam, inquam, Vestram episcopalem annuam, eamque et centenaria memoria archidioecesana et Consilii Status convocatione hoc anno multo celebriorem et eo ipso historia digniorem. Eo ipso, sed non eo ipso tantum, verum etiam et multo magis multitudine, gravitate et difficultate rerum, de quibus in eadem Conferentia agendum est. Agitur enim, ut Summus iste Pontifex ad Vos scribens innuebat, agitur de re catholica novo quodam modo et ordine pro rerum publicarum novitate constabilienda et hoc post tanta taliaque terrae et gentis Polonicae fata et in tam ardua et incerta rerum omnium conditione. Incerta cetera omnia, at tria, si quid video, certissima sunt. Primum est, aliquid iuxta possibilitatem esse faciendum vel saltem experiendum tentandumque, antequam hoc tempus creationis et formationis ideoque ad res constituendas longe aptissimum omnino transeat. Secundum est, gravissime onerari conscientiam nostram erga Deum et Vicarium Suum, erga Ecclesiam et fideles; eorum enim res agitur et ipsi omnia a nobis expectant. Tertium (quod et Sanctissimus Pater Benedictus et clare ad Vos scripsit et clarius mihi instantiusque dixit) incasso nos studio adlaboraturos, nisi adsit opinionum consensus, animorum conspiratio, unitas actionum.

Ad meas partes quod attinet, quatenus illae sint et esse debeant, Pontificiae ipsae litterae iam Vobis totidem, ut ita dicam, verbis renuntiaverunt. Pro rebus scilicet dumtaxat ecclesiasticis a Domino Apostolico missus sum, ut nempe in primis Vobiscum inspiciam referamque, quibus consiliis, facul-

³²⁴ Stanislaus Casimirus Zdzitowiecki (1854-1927). Presbyteratus ordinem suscepit Varsaviae 23 VII 1877. Ab a. 1888 operatur in dioecesi Sandomiriensi, ubi a. 1901-1902 fungitur munere vicarii capitularis. Epus Cuiaviensis-Calisiensis nominatus est 9 VI 1902.

³²⁵ Alexander Kakowski.

tatibus, remediis res catholica apud Vos indigeat; ut insuper in re eadem opportunius pro possibilitate ordinanda sim Vester laborum socius et consors; ut denique traditam mihi Summi Pontificis mentem pro norma et consilio Vobis promam, Vestra vicissim desiderata excepturus et ad ipsum Summum Pontificem fideliter relaturus, inter Apostolicam itaque Sedem et Episcopos Polonos interpres constitutus.

Haec quanta sint, mecum ipse revolvens et tanti quam impar virtus, imo infirmitas mea, non potui quin expavescerem de nuntio et apud Sanctissimum Patrem deprecari inciperem. Cum tamen nollet Ipse annuere, "vadam, dixi, et quamvis tenebrosus sit mare, in nomine Tuo mittam rete"; tum "Vadas, respondit, et copiosam piscium multitudinem capies".

Haec Vobis referre placuit, ut quae mihi accesssit, fiducia et vestra fiat.

Nunc igitur, ecce me. Iam enim laetor, nedum quaeror, me et amicos liberos et paene nonagenariam matrem et patriam in supremo tanti belli discrimine reliquisse et esse Vobiscum. Hoc unum gestio, ut socius, imo ut administrator et servus, Vestros iuvem labores; si quid valeo, si quid possum, si quid sum, Vobis laetus profero, dono et devoveo. Utinam detur mihi aliquid Vobiscum et facere et pati pro hac vestra Christianitate, quae tot patrum et filiorum sanguine purpurata de martyrio venit et veluti in limine novae vitae omnia timens, omnia sperans subsistit. Omina quidem bona sunt, auspicia optima: in ipso festo die Annuntiationis Reginae Poloniae nuntiavit mihi Dominus Apostolicus missionem meam; sacra solemnia Corporis Christi ingrediens Poloniam celebrabam; sub fine mensis Sacratissimo Jesu Cordi sacri congregamur; Jesus et Maria nobiscum sunt:

Nos cum prole pia, benedicat Virgo Maria!

Cor Jesu Sacratissimum, misereatur nobis!

N. 35.

Augustinus Łosiński, epus Kielcensis
Achilli Ratti

Kielce, 21 VI 1918.

Per telegraphium eum edocet se ad conferentiam episcoporum venire non posse: si bene valuerit et litteras passus acceperit, se Varsaviam festinaturum esse, ut summi pontificis ablegato obsequia sua deferat.

Or.: AV, Arch.Nunz.Vars. 195 f. 437r; ibidem adnotatio: "Aufgenommen, den 21 VI 1918, Uhr 4, Min. 55". Exemplar eiusdem in eodem involucri f. 453r servatur.

Seiner Excellenz dem Paepstlichen Visitator Achilles Ratti.

In keinem Falle wird es mir moeglich sein, zur rechten Zeit zur Konferenz anzukommen; wenn ich gesund bin und Reisepass erhalte, werde ich mich beeilen nach Warschau zu kommen um dem Stellvertreter des heiligen Vaters meine Hochachtung auszusprechen³²⁶.

Bischof Losinski

N. 36.

Zeno Kwiek, vicarius capitularis dioecesis Lublinensis et administrator apostolicus dioecesis Janoviensis seu Podlachiensis Achilli Ratti

Varsaviae, 23 VI 1918.

Nuntiat de quibusdam difficultatibus, quibus in utraque dioecesi administranda obviam ire cogitur.

Or. (dactylogr.): AV, Arch.Nunz.Vars. 206 f. 477r-478r. In f. 477r adnotatio manu Ratti: "Lublino. R[icevuta] 24/6 [19]18 per manum Administratoris. Ris[posto] 10 luglio 1918" (non repertum).

Pro memoria

Mandato Excellentiae Vestrae mihi dato oboediens, humillime refero de quibusdam difficultatibus, quae mihi hoc tempore in administrandis dioecibus Lublinensi et Podlachiensi obveniunt, et quidem:

I.

Dioecesis Lublinensis (circa 900 000 incolae) tota est sub occupatione militari Austriaco-Hungarica, dioecesis vero Janoviensis seu Podlachiensis (circa 600 000 incolae) sub occupatione Germanica et ita quidem, ut pars eius occidentalis, continens quinque decanatus Garvolinensem, Siedlcensem, Sokołoviensem et Węgroviensem, subiacet administrationi Generalis Gubernatoris Varsaviensis, pars vero orientalis (decanatus Białensis, Konstantynoviensis cum sede olim episcopali in Janów, Radzynensis et Włodaviensis) invenitur sub regimine militari Etappen-Inspectionis in oppido Biała et Etappen Kommandantur in variis locis dislocatis.

³²⁶ Cfr. supra N. 31

Relationes Curiae Episcopalis in scriptis cum clero parochiali peraguntur in occupatione Austriaca per officia postae, in occupatione vero Germanica dispositiones Ordinariatus mittuntur ad Generalem Gubernatorem Varsoviam et inde mittuntur per Kreis-Kommandantur respectivis rectoribus ecclesiarum non sine magna iactura temporis.

II.

Aedes Seminarii dioecesanii Lublinensis Lublini, quod inservit educationi alumnorum pro utraque dioecesi, Lublinensi et Podlachiensi, iam a tribus annis occupatae sunt ab auctoritatibus militaribus exercitus Austriaco-Hungarici, quae in eis hospitale pro vulneratis et infirmis militibus instituerunt, relictis solummodo aliqua parte aedium, in qua rector, professores et pars alumnorum cum magno incommodo collocantur, reliqui vero alumni coacti sunt habitare extra muros Seminarii. Quae circumstantia magnum parat impedimentum in educatione alumnorum. Iam aliquotiens adii tres, qui sibi continuo successerunt, gubernatores Austriaco-Hungaricos Lublini cum precibus, ut aedes Seminarii ab usibus militaribus liberarentur, at preces hae effectu sunt frustratae.

III.

In parte dioecesis Janoviensis seu Podlachiensis, quae sub administratione Germanica Etappen-Inspectionis invenitur, conditio cleri parochialis est perdifficilis. Sacerdotes amoveantur a suis ecclesiis per auctoritates militares, non certiorato omnino Ordinariatu. Decani non possunt venire Lublinum negotiorum ecclesiasticorum causa, nam ipsis denegatur necessaria permissio auctoritatis militaris ad iter faciendum extra territorium occupationis militaris Germanicae. Unus eorum multa pecuniaria punitus est pro relatione facta Curiae Episcopali de sua difficili conditione.

Quando proposui instituere officium Vicedecanorum in dicta parte dioecesis Podlachiensis et unus decanorum misit Curiae Episcopali relationem de modo, quo eius decanatus commode dividi posset in territoria Vicedecanis subiicienda, relatio eius pervenit ad me per intermedium Etappen-Inspectionis, quae ex sua parte adiunxit mentionem, institutionem Vicedecanorum non esse ibi necessariam et introduci non posse.

Haec sunt pauca, quae interim expono. Caetera alia, si opus fuerit, referre Excellentiae Vestrae non praetermittam³²⁷.

Hac occasione utor, ut Excellentiae Vestrae sensus profundissimae venerationis et observantiae exprimam.

(a-Zeno Kwiek

Canonicus Cathedralis Lublinensis-a)

a-a) *Manu propria.*

³²⁷ Cfr. infra, N. 68.

N. 37

Achilles Ratti
Capitulo Ecclesiae Cathedralis Vlnensis

Varsaviae, 23 VI 1918.

Pro novis sibi sollicitè transmissis gratias agit et hortatur eos, ut simili sollicitudine pro dioecesi Vlnensi invigilare velint.

Min.: AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 366r (N.prot. 15).

Rev.mo Capitulo Ecclesiae Cathedralis Vlnensis, salutem in Domino.

Pro acceptis litteris die 20 currentis mensis et anni datis³²⁸ et ad me tam sollicitè transmissis gratias ago, etsi valde tristia anunciant, quaeque beatissimo Patri nostro Benedicto PP. XV, quam cito fieri poterit, accepturo, magnae afflictionis procul dubio erunt causa. Etenim Rev.mum virum Dominum Michalkiewicz et eius in Ecclesia vestra administranda diligentiam et operam in magna aestimatione habebat, de qua cum alias tum etiam nuper ipsum certiores fieri curant. Quod iunctas nuncio informationes dederitis, bene fecistis, erunt enim apprime utiles spiritumque vestrum bonum et vigilantiam testantur.

Bene igitur facietis si, divino honore et animarum salute unice pare oculis habentes, Ecclesiae vestrae iuxta novum Codicem Iuris Canonici providebitis; nisi forte Rev.mus Administrator delegatum ipse reliquerit.

Dominum Deum enixe rogo, ut vos et Ecclesiam vestram et consolètur et custodiat et ab omni malo defendat, meque orationibus vestris commendo.

Dabam Varsaviae ut supra.

Addictissimus in Domino
Achilles Ratti Visitator Apostolicus

N. 38.

Theodorus Valfrè di Bonzo, nuntius Vindobonensis
Achilli Ratti

Vindobonae, 25 VI 1918.

Sibi persuasus esse nuntiat commercium epistularum visitoris apostolici Achillis Ratti per nuntiaturam Vindobonensem potius quam Monacensem

³²⁸ Vide N. 32.

transire debere. Hoc consilium Sedi Apostolicae proponere intendens, suadet, ut etiam Ratii cardinali secretario status idem suggerat.

Autogr.: AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 326r (N.prot. 8 736).

Ill.mo e Rev.mo Signore.

Ho il piacere di far dovere a V.ra Signoria Ill.ma e Rev.ma le qui accluse 2 lettere che mi furono spedite da Mons. Nunzio di Monaco³²⁹. Visto che ormai il mezzo più sicuro per la corrispondenza sia la via di Vienna, io sarò presente alla S. Sede se non ritiene opportuno a risparmiar di tempo e per sicurezza, che la posta li e da a V.ra Signoria sia spedita a questa Nunziatura anzichè a quella di Monaco. Tuttavia ritengo che anche una parola, a questo riguardo, di V.ra Signoria a Sua Eminenza il Card. Segretario di Stato non sarebbe via fuor d'opera.

Spero che sarà pervenuto nei giorni passati un plico³³⁰, senza alcuna mia lettera di accompagnamento, ricevuta da Monaco e affidata alla cortesia del Conte Przezdziecki³³¹ per recapito. Auguro ogni bene. Presento devoti ossequii.

Di V.ra Signoria Ill.ma e Rev.ma

dev.mo aff.mo

† Teodoro Arcivescovo di Trebisonda
Nunzio Apostolico

N. 39.

Memoriale Mariani Sobolewski, praepositi provincialis OFM Achilli Ratti missum

[Varsaviae, 25 VI 1918].

Narrat de divisione Congregationis Familiae Mariae in duas congregationes seiunctas (in Galicia et in parte Poloniae Imperio Russico subiecta) et de coniunctione seu unione rami eius Russici cum Congregatione Sororum Missionariorum s. Francisci ("albarum"). Explicatur, cur sorores ex terris Russiae su-

³²⁹ Eugenius Pacelli, vide N. 26, 27.

³³⁰ Verisimiliter hic agitur de litteris cardinalis Bisleti una cum adiunctis exemplis "Quaestionum de Seminariis". Cfr. N. 12.

³³¹ Rainaldus comes Przezdziecki (1884-1955). Ab a. 1920 in supremo consilio exteris negotiis praeposito laborabat. A. 1928-1935 vicepraefectus "protocollis diplomatici". Auctor dissertationum et commentariorum, de historia, generum insignibus doctrina et arte tractantium.

biectis a Congregatione Missionariarum seiungi et, certis condicionibus, ad pristinam unitatem redire cupiant.

Or. (mps): AV, Arch.Nunz.Vars. 199 f. 901r-903r, cum adnotatione manu Achillis Ratti: "Familia Mariae. Ricevuta 25 VI 1918 dal Rev.mo Padre Mariano Sobolewski, Provinciale dei Minoriti, Convento di Leopoli". In margine manu Ratti: "Cfr. altra redazione fornita dallo stesso Padre Sobolewski con la integrazione delle date dove possibile, con commendatizie e sottoscrizioni autografe dell'Arcivescovo Bilczewski di Leopoli e Kakowski di Varsavia (co' rispettivi sigilli) della Superiora di Leopoli parimenti e di quella di Varsavia, nonché di tutte e singole le interessate. Attendata a Roma e personal[m]ente al S. Padre, questi faceva rispondere col dispaccio 81 678 (1 Settembre 1918 Prot. 125, P. 48). Giunto il cifrato 28 a Varsavia, poco appresso domandavo se poteva estendersi alle pratiche già spedite a Roma; non veniva risposto affermativamente, eccettuate alcune pratiche delle quali era già esaurito il corso, ed avevo avuto la relativa comunicazione. Achilles Ratti".

Brevis historia Congregationis Familiae Mariae in Archidioecesi Varsaviensi

Congregatio Sororum Familiae Mariae instituta fuit in civitate Petersburg, a professore Academiae Spiritualis, postea Archiepiscopo Varsaviensi Domino Felice Feliński³³², anno 1856³³³.

Anno deinde 1861 dictus Archiepiscopus ascendendo sedem Archiepiscopalem Varsaviensem conduxit quasdam ex suis Sororibus Varsaviam, et accepta domo a quodam Domino in via Żelazna n. 97, ibi fundavit ac instituit primam domum pro suis Sororibus, quae hucusque existit - postea fundatae erant aliae domus in Archidioecesi.

Anno 1863 Archiepiscopus fuit expulsus a sua sede et qua exul coactus fuit emigrare in profundam Russiam. Post aliquot annos recuperavit quidem suam libertatem, at prohibitus redire ad suam sedem, profectus est in Galiciam (Austria). Simul cum ipso perrexit ibidem quaedam pars Sororum, pro quibus Archiepiscopus fundavit quasdam domus. Communicatio tamen inter Sorores relictas in Russia et has in Galicia ob rem politicam erat admodum difficilis, imo impossibilis.

³³² Sigismundus Felix (Szczęsny) Feliński (1822-1895). Studiis doctrinae Moscuae, Parisiis, Zytomeriae et Petropoli absolutis, a. 1855 ordinem presbyteratus suscepit. A. 1856-1862 professor et director spiritualis in Academia Ecclesiastica Petropolitana. A. 1862 nominatus aepus Varsaviensis, anno sequenti in extremas Russiae partes relegatus. A. 1883, postquam officio renuntiaverat nominatus aepus titularis Tarnensis. Ab a. 1883 commorabatur in pago Dźwiniaczka prope Zaleszczyki. Obiit Cracoviae, sepultus est in Dźwiniaczka; a. 1921 eius corpus Varsaviam translatus est. A. 1965 incepta sunt praeparamenta ad processum beatificationis. Cfr. H. E. Wyczawski, *Arcybiskup Zygmunt Szczęsny Feliński 1822-1895*. Warszawa 1975.

³³³ Re vera aepus Feliński Congregationem Familiae Mariae fundavit a. 1857. Cfr. Wyczawski, ut supra, p. 260 et sequentes.

di Eminenza V.ra Rev.ma

umil.mo, dev.mo, oblig.mo servo
Achille Ratti, Visitatore Apostolico

[383r] Allegati³⁹⁶:

I. Lettera dei Vescovi adunati alla Conferenza della Provincia di Varsavia il 20-22 giugno nel 1918 per provvista di Chiese vacanti e di Ausiliari³⁹⁷.

II. Ordine del giorno della Conferenza Vescovile di Varsavia³⁹⁸.

III. Verbale dell'adunanza dei Vescovi della Provincia di Varsavia³⁹⁹.

IV. Formula del giuramento⁴⁰⁰.

V. [Apographum scripti ad restitutionem ecclesiae fidelibus ritus Graeco-catholici spectans]⁴⁰¹.

VI. [Apographum scripti ad mutationem ecclesiae orthodoxae in ecclesiam catholicam spectans]⁴⁰².

[383v] VIa. Rapporto al Dipartimento di Stato di Varsavia riguardante la Chiesa cattolica in Finlandia⁴⁰³.

VII. Domanda dell'Amministratore di Lublino, perché la casa già delle "Bernardine" venga data ai PP. Gesuiti⁴⁰⁴.

³⁹⁵ Sigismundus Łoziński (1870-1932). Ordinem presbyteratus a. 1895 Petropoli suscepit. Epus Minscensis nominatus est 12 XI 1917. Post novam ordinationem administrationis ecclesiasticae in Polonia peractam, 28 X 1925 nominatur primus epus Pinscensis.

³⁹⁶ In nota secretarii (f. 374r) sermo est de 11 annexis. Nescitur, de qua re ageretur in annexis n. 10 et 11.

³⁹⁷ Non est reperta. Cfr. N. 84.

³⁹⁸ Vide infra, annexum 1.

³⁹⁹ V. infra, annexum 2.

⁴⁰⁰ V. infra, annexum 3.

⁴⁰¹ V. infra, annexum 4.

⁴⁰² V. infra, annexum 5.

⁴⁰³ Vide annexum ad N. 43.

⁴⁰⁴ Annexa n. VII-IX non sunt reperta. Cfr. N. 87.

VIIIa. Dichiarazione e preghiera dei PP. Mariani, perché non sia fatto vescovo il loro superiore Matulewicz.

VIII. Preghiera del Rev.do P. Matulewicz, Mariano, di non esser nominato Vescovo, per il bene del suo ordine.

IX. Supplica dell'Arcivescovo di Varsavia, perché sia decorato il Rev.do Szelażek [sic]⁴⁰⁵.

a) *Adscriptum loco expuncti*: la S. Sede

b-b) *Linea subductum*.

c) *Adscriptum loco expuncti*: quegli no

d) *In textu*: Przeździecki

Annexum n. 1:

Series rerum tractandarum in Conferentia
Excellentissimorum Dominorum Praesulum Provinciae Varsaviensis
die 20 et 21 Iunii 1918 a.

Pars I

- 1) Veni Creator.
- 2) Professio fidei.
- 3) Iuramentum de silentio servando.
- 4) Sermo Celsissimi Domini Archiepiscopi Varsaviensis.

Pars II

- 5) Lectio augusti autographi Beatissimi Patris⁴⁰⁶.
- 6) Lectio epistolae Eminentissimi Domini Card. Petri Gasparri⁴⁰⁷.
- 7) Sermo Excellentissimi Domini Visitatoris Apostolici⁴⁰⁸.
- 8) Homagium Summo Pontifici praestandum via telegraphica⁴⁰⁹.

Pars III

Causae in litteris Summi Pontificis et Cardinalis Secretarii Status
motae:

- 9) Propositum constitutionis Ecclesiae in Regno Poloniae.
- 10) Abolitio limitationum Ecclesiae in Regno Poloniae.
- 11) Unio plebea et institutio fractionis catholicae.
- 12) Facultas theologica universitatis Varsaviensis.
- 13) Convictus pro alumnis facultatis theologiae.

⁴⁰⁵ Recte: Przeździecki. Petitio aepe Kakowski non est reperta. Vide responsionem in annexo 2 ad N. 87.

⁴⁰⁶ Vide N. 3.

⁴⁰⁷ Vide N. 2.

⁴⁰⁸ Vide N. 34.

⁴⁰⁹ Textum telegrammatis in versione Polona ed. WAW 8 (1918), p. 342 et Hospes, p. 111.

- 14) Leges scholas elementares spectantes.
- 15) Juramentum cleri et relatio ad Consilium Regentium Regni Poloniae.
- 16) Canon 859 § 2.

Pars IV

Causae in ultima Conferentia motae:

- 17) Bona Ecclesiae in Regno Poloniae ablata.
- 18) Pecuniae Ecclesiae, quae in aerario gubernii russici inveniuntur.
- 19) Damna Ecclesiae tempore belli hodierni in Regno Poloniae illata.
- 20) Taxa, de qua in can. 1507 § 1 et 1909 § 1 dicitur.
- 21) Congressus Rectorum Seminariorum.
- 22) Congressus Commissariorum dioecesanorum in causa congregationum vitae absconditae.
- 23) Propositum instructionis pro visitatore scholarum Regni Poloniae.

Pars V

- 24) Epistola Episcopatus Regni Poloniae ad operarios in Germaniam et Austriam profectos et responsum gubernii Germanici.
- 25) Ritus graeco-unitus.
- 26) Res necessariae Ecclesiae in terra Chelmensi, Podlachiensi, Lithuania, Ukraina, Russia, Finlandia.

Additamentum ad seriem rerum tractandarum.

Approbatur a Conferentia:

- 27) Nominatio magistrorum religionis in scholis mediis.
- 28) Consilia scholarum et collegia inspectionis.
- 29) Scholae elementariae, quae ruri existunt.
- 30) Descriptio quarundam ecclesiarum a Russis clausarum.
- 31) Schema pensionis pro clero et institutis ecclesiasticis.
- 32) De bannis publicandis § 2 c. 1023.
- 33) Banna ad ordines sacros.
- 34) De archivis.

Annexum n. 2:

Acta IX Conferentiae Episcoporum Provinciae Ecclesiasticae
Varsaviensis

In nomine Domini. Amen.

Conferentiae IX episcoporum die 20 et 21 Iunii 1918 anni, praesidente Excellentissimo Domino Visitatore Apostolico Achille Ratti celebratae, participarunt Excellentissimi Domini: Alexander Kakowski, Archiepiscopus Varsaviensis, cum suo consultore, protonotario apostolico ad instar [participantium], Henrico Przeździecki; Casimirus Ruszkiewicz, Archiepiscopus titularis, Suffraganeus Varsaviensis; Stanislaus Zdzitowiecki, Episcopus Vladislaviensis, cum suo consultore, Praelato Adalberto Owczarek⁴¹⁰; Antonius Nowowiejski, Episcopus Plocensis, cum suo consultore Praelato Adolpho Szelażek; Marianus Ryx, Episcopus Sandomiriensis, cum suo consultore, Praelato Ioanne Gajkowski⁴¹¹; Antonius Karaś, Episcopus Sejnensis; Zeno Kwiek, Vicarius Capitularis Lublinensis et Administrator dioecesis Podlachiensis, cum suo consultore, canonico Ludovico Kwiek⁴¹²; Ill.mus D.nus Antonius Bożek, substitutus Episcopi Kielcensis; Rev.dus D.nus Hermenegildus Pellegrinetti, secretarius Excell.mi D.ni Visitoris Apostolici; delegatus Curiae Metropolitanae Varsaviensis Alexander Fajęcki, cancellarius Curiae⁴¹³.

Invocato Spiritus Sancti auxilio, emissa ab omnibus fidei professione cum iuramento antimodernistico et de [440r] silentio servando, peroravit Excellentissimus Metropolita Varsaviensis ardentissimis votis, nomine cleri et populi Poloni, Visitatorem salutando Apostolicum. Quo facto perlectae sunt autographae Litterae Apostolicae ad episcopos provinciae Varsaviensis directae⁴¹⁴, quas omnes stando exceperunt, postea litterae Eminentissimi Domini Cardinalis Secretarii Status⁴¹⁵.

Post perlectas epistolas missum est Beatissimo Patri telegraphicum homagium⁴¹⁶.

Tunc praesentes disertissimo, ex intimo corde depromto, unctionem spirante sermone allocutus est Excellentissimus Visitor Apostolicus, suum arduum officium insinuans et quas apud Beatissimum Patrem, ut se ab isto solveret onere, interposuit instantias; attestatus est de Sanctissimi Domini benevolentissimo erga gentem nostram animo, gratias egit clero et populo

⁴¹⁰ Adalbertus Stanislaus Owczarek (1875-1938). A. 1898 sacerdos ordinatus, in pastoralis animarum cura et in curia dioecesana Vladislaviensi occupatus est. A. 1918 nominatur epus tit. Ascalonitanus et auxiliarius Vladislaviensis.

⁴¹¹ Ioannes Kantius Gajkowski (1866-1919), praelatus capituli Sandomiriensis, historiographus ecclesiasticus, professor seminarii, fundator et primus moderator (a. 1908-1919) "Chronicae Dioecesis Sandomiriensis".

⁴¹² Ludovicus Kwiek (1864-1939), frater Zenonis. Ordinem presbyteratus suscepit a. 1884. Studiis theologicis Petropoli a. 1888 absolutis, theologiam dogmaticam et philosophiam in seminario clericorum Lublinensi docuit. Ab a. 1898 cancellarius curiae episcopalis, ab a. 1905 canonicus cathedralis et ab a. 1930 vicarius generalis dioecesis Lublinensis.

⁴¹³ Alexander Fajęcki (1881-1944). Ordinem presbyteratus suscepit a. 1904. Studiis in Academia Theologica Petropolitana absolutis in curia metropolitana Varsaviensi diversis officiis functus est. A. 1925 doctor iuris canonici Universitatis Varsaviensis. A. 1926 canonicus et a. 1942-1944 vicarius generalis archidioecesis Varsaviensis.

⁴¹⁴ Vide N. 3.

⁴¹⁵ Vide N. 2.

⁴¹⁶ Textus in versione Polona ed. in: WAW 9 (1918), p. 342 et Hospes, p. 111.

pro sua exceptione, tandem suae allocutionis finem imponens ex eo, quod die Annuntiationis Beatae Mariae a Beatissimo Patre ad hoc electus munus, festo Corporis Christi, sui adventus Varsaviam die, solemnem celebravit processionem et quod mense Iunio, Sacratissimo Cordi Jesu sacro, conferentiae praeest, faustissime de sua missione Deo et Regina Regni Poloniae adiuvante est ominatus⁴¹⁷.

Cum episcopus Kielcensis, ut ex suis patet litteris⁴¹⁸, ob tarde sibi communicatas litteras convocatorias ad Conferentiam non potuerit venire, atque cum ob telegraphicam invitationem a Visitatore Apostolico missam⁴¹⁹ [441r] speretur suus adventus ad insequentem diem, ordo diurnus est inversus inchoatumque a materia, numero 17 distincta.

17). Gratiae a Conferentia Praelato A. Szelażek actae pro egregie regestratis bonis, Ecclesiae olim ablatis⁴²⁰, atque officio suo in Ministerio Cultus et Instructionis Publicae egregie gesto. Conferentia committit dicto praelato A. Szelażek participare commissioni a gubernio vocandae, cuius erit bona ecclesiastica a fisco segregare descriptorumque documentorum, causam hanc spectantium, fidem attestari, atque de singulis ab illo peractis cum Ordinariis respective Archiepiscopo Varsaviensi communicari desiderat.

18). Conferentia promittit omnes pecuniarias expensas, quae hac cum re sunt coniunctae, opportuno tempore plene, cui oportet, resarcire datque Praelato Szelażek plenam agendi facultatem. Ordinarii rogantur, ut tabulas a Praelato Szelażek concinnatas, opportunis informationibus instructas, quantocius remittant eidem Praelato Szelażek ad communem conspectum conficiendum.

19). Conferentia causam resarciendorum damnorum Ecclesiae tempore belli illatorum, utpote anterioribus (n. 17 et 18) affinem, Praelato Szelażek ad exitum deducendam committit.

20). Taxam Curialem ad normam can. 1507 § 1 et 1909 § 1 elaborabit commissio, cuius erit omnes difficultates practicas ex novo codice emanantes futurae conferentiae indicare sua addita opinione.

[442r] Interea singularibus circumstantiis, in quibus Curiae episcopales versantur, Visitator Apostolicus dispensavit ad quinquennium super can. 1056, quo oblationes ratione dispensationum percipiendae prohibebantur.

Item Apostolicus Visitator: a) dispensavit ad quinquennium a decreto die 25 Aprilis 1918 a. emanato, quo specialium facultatum valor supprimebatur; b) episcopis permisit quinquenni spatio ad dignitates in capitulis

⁴¹⁷ Vide N. 34.

⁴¹⁸ Vide epistolam epi Łosiński sub N. 29.

⁴¹⁹ Vide N. 31.

⁴²⁰ Cfr. A. Szelażek, *Memoriał w sprawie majątków kościelnych w Królestwie Polskim zabranych na mocy ukazów 1864 i 1865 r.* [Memorialis libellus ad bona ecclesiastica in Regno Poloniae a. 1864 et 1865 a regimine Russico ablata spectans], Płock 11917, pp. 72 (exemplar huius libelli invenitur in actis nuntiaturae Ratti, AV, Arch. Nunz. Vars. 198f. 4-41).

promovere et c) ne festum S. Joseph, qua festum fori, praeter Vladislaviensem dioecesem celebraretur durante quinquennio indulset.

21). Deliberationibus consessus rectorum seminarii proxime celebrandi participabit unus professor cuiusvis seminarii, qua rectoris consultor.

Rectores seminariorum requisitas quaestionariis, mediante Visitatore Apostolico a Cardinali Bisleti, Congregationis Studiorum Praefecto, missis, informationes, ex quibus utilis pro futuris decretis materia erui possit, suppeditabunt.

Ad propositam ab Archiepiscopo Varsaviensi quaestionem, quae sit Sanctissimi Domini mens de liminum visitatione, Apostolicus Visitator durante bello eoque etiam finito, sed nondum rebus stabilitis, stationem ab episcopis minime deserendam esse ex mente expressa Sanctissimi Domini declaravit. Tamen relationes suo tempore, prout circumstantiae sinant, mittendae sunt.

22). Quod congregationes vitae absconditae attinet, praesidente [443r] Excellentissimo D.no C. Ruskiewicz, Rev.di D.ni G. Matulewicz et J. Wojtkiewicz⁴²¹ e congregatione Marianorum, viri probitate, vitae regularis experientia conspicui, convocabunt congressum dioecesanorum commissariorum, qui praevie diligentissimam omnium domorum canonicam visitationem absolvent. Qua suppeditata a congressu materia, causa subiicietur maturo examini futurae conferentiae.

23). Instructio pro visitatore generali scholarum approbatur⁴²².

24). Informationis causa excepta est a Conferentia relatio de non admissa a gubernio Germanico publicatione litterarum pastoralium pro opificibus Polonis in Germania detentis.

25). Quoad catholicos ritus graeci sanctiones Novi Codicis, qui magnam relinquit libertatem in sacramentis administrandis et recipiendis, sunt servandae. Difficultate exorta recurrendum est ad Sanctam Sedem, prout res quaerat⁴²³.

26). Informanda Sancta Sedes de necessitatibus Ecclesiae in terra Chelmensi, Podlachiensi, in Ukraina, Lithuania, Russia et Finlandia⁴²⁴.

27). Standum principio, exceptis casibus particularibus, catechetas in gymnasiis non esse transferendos nisi magnarum feriarum tempore.

Episcopi designant et dant missionem canonicam catechetis in mediis scholis ea lege, ut cessante quacumque [444r] ex causa missione canonica sine ulla inquisitione a gubernio in causas cesset eo ipso illorum officium.

⁴²¹ Iosephus Wojtkiewicz (Vaitkevičius, 1880-1949), sacerdos archidioecesis Varsaviensis, ab a. 1911 in Congregatione Marianorum, a. 1919-1920 capellanus epi Matulewicz, ab a. 1920 superior domus Marianorum Mariampoli et deinde Caunae. Postea operatus est in civitatibus Foederatis Americae Septemtrionalis et Romae.

⁴²² Apographum huius instructionis invenitur in AV, Arch.Nunz.Vars. 195 f. 591r.

⁴²³ Cfr. infra, annexa 4a-5.

⁴²⁴ Cfr. N. 50.

Parochi ratione sui officii sunt praeceptores religionis in scholis elementaribus suae paroeciae. Ceteri vero sacerdotes indigent designatione et missione canonica ad scholas particulares.

Quoad scholas privatas servandus est antiquus mos: possessor scholae postulat praeceptorem, nominat vero Ordinarius.

Nihil obstat quominus catechetarum, canonica missione instructi, examini- bus religionis assistant, etiam in aliis dioecesibus, dummodo Episcopus certior reddatur.

28). Sacerdotes in iis parochiis, ubi adsunt sacerdotes mariavitae, non possunt assidere cum iis in consiliis scholaribus; recedere debent episcopos certiores reddendo, qui pro sua prudentia provideant ministerio scribendo.

29). Admittuntur duae horae per hebdomadam religionis in scholis elementaribus ruralibus cum desiderio, ut numerus ad quattuor augeatur.

30). Quamprimum colligendae sunt a clero notitiae de templis schismaticis: a) acatholicis, b) graeco-unitis, vi ablati, ac c) de templis a schismaticis aedificatis; ecclesiae primae et secundae categoriae statim revindicari possunt; quod attinet templa, a schismaticis aedificata, Ecclesia ipsa debet abstinere ab iis occupandis, ne schismatici in Russia abripiant ecclesias catholicas. Gubernium tamen Polonium, innixum principiis iuris, rebus [445r] post bellum compositis, poterit rem hanc cum gubernio Russiaco componere.

31). Causa pensionis clero et institutis ecclesiasticis a gubernio solvendae traditur elaboranda commissioni, cui participabunt Ill.mi D.ni: 1) S. Chełmicki⁴²⁵, 2) H. Przeździecki, 3) A. Szelażek, 4) W. Bliziński⁴²⁶, 5) A. Ciepliński⁴²⁷, 6) C. Bączkiewicz⁴²⁸, et delegatus cuiusque dioecesis. Materiam, prout necessitas postulaverit, Episcopi commissioni suppeditabunt.

32). An adsit necessitas banna proclamandi ad mentem can. 1023 § 2, vicarii foranei decernant, exceptis causis dubiis can. 1023 § 3 et can. 1031 ab ordinariis solvendis. Speciales normae pro vicariis foraneis a Curia Varsaviensi elaborabuntur.

⁴²⁵ Sigismundus Ignatius Chełmicki (1851-1922). Ordinem presbyteratus suscepit a. 1873 Plociae. A. 1875 inordinatus est archidioecesi Varsaviensi. A. 1917-1918 secretarius generalis Consilii Regentium. Promotor et director "Manualis Encyclopaediae Ecclesiasticae" (Podręczna Encyklopedia Kościoła).

⁴²⁶ Venceslaus Bliziński (1870-1944), rei socialis promotor. Sacerdos ordinatus est a. 1892 Vladislaviae. Ab a. 1900 parochus in Liskowo. A. 1917 praeses honorarius Unionis Popularis. A. 1919-1922 deputatus ad Dietam (Constituentem) et membrum Consilii Defensionis Status. A. 1938 electus est senator Reipublicae Polonae.

⁴²⁷ Antonius Ciepliński (1873-1935). Ordinem presbyteratus suscepit a. 1898 Varsaviae. Studiis in Academia Spirituali Petropolitana a. 1899 absolutis, docuit theologiam moralem et pastorem in seminario clericorum Varsaviensi (usque ad 1918). A. 1918-1935 visitator generalis doctrinae religionis in scholis totius Poloniae nomine Ministerii Confessionum et Publicae Instructionis.

⁴²⁸ Casimirus Bączkiewicz (1871-1943). Peractis studiis iuris in Universitate Studiorum Varsaviensi et Pontificia Gregoriana Romae, ordinatus est sacerdos Varsaviae a. 1906. A. 1907-1909 docuit ius canonicum in seminario clericorum Varsaviensi. A. 1920-1942 viceofficialis et 1942-1943 officialis iudicii ecclesiastici Varsaviensis.

33). Banna ante suscipiendos ordines sacros ad mentem can. 998 promulganda sunt. Modum promulgandi Curia Varsaviensis elaborabit.

Generalis commissio, cui participabunt delegati omnium dioecesium huius provinciae, pro rebus Novum Codicem Iuris spectantibus Varsaviae convocabitur.

34). In ordinandis archivis servandae sunt normae Romae editae, quas cum Episcopis Apostolicus Visitator communicabit⁴²⁹.

Alumni, qui in facultate theologica iuri student, et missi ab Episcopis sacerdotes praelectiones scientiae archivisticae in hac universitate frequentabunt.

Officiales Status a gubernio delegati possunt visitare [446r] archiva dioecesana et parochialia, obtenta prius ab Ordinario pro speciali casu licentia.

9)⁴³⁰. Conferentia organisationem Ecclesiae in Regno Poloniae confidenter relinquit ventilandam Visitatori Apostolico et Archiepiscopo Varsaviensi, ut rem tractent, prout circumstantiae sinant⁴³¹.

10). Causa abolendarum legum, quibus libertas Ecclesiae a Russis circumscribebatur, proponenda est Consilio Status⁴³².

11). Omnium consensu "Unio plebea" non est improbanda et impugnanda; cum debitis cautelis et reservationibus potest adlaborari, ut "Unio" ipsa et in se melior et rei catholicae utilior evadat.

Quod fractionem catholicam attinet, deliberatio est dilata ad futuram conferentiam⁴³³.

12). Gratiae agenda quibus oportet, pro iis, quae sunt facta in erigenda facultate catholica⁴³⁴.

13A) Conventio, ab Archiepiscopo Varsaviensi cum Visitatore Provinciali Missionariorum in causa convictus theologi inita ad hunc annum, est approbata⁴³⁵.

B) Conventio haec ad quinque prorogatur annos.

C) Ut pecuniae quantitas ab Ordinariis solvenda pro expensis ordinariis convictus definiatur, habendus est prae oculis numerus fidelium cuiusque dioecesis.

⁴²⁹ Vide supra, adnotationem 373. Cfr. Litteras Cardinalis Secretarii Status, 12 decembris 1907, in ASS 41 (1908) p. 67-69 editas.

⁴³⁰ De hoc inverso ordine rerum agendarum vide explicationem Achillis Ratti in eius epistula (cfr. adnotationem 365).

⁴³¹ Cfr. N. 1, annexum n. 3.

⁴³² Cfr. N. 1, annexum n. 2, et N. 50.

⁴³³ De hac re vide opinionem epi Łosiński in A. 34.

⁴³⁴ Agitur de illis, qui operam dabant, ut facultas theologica in Universitate Studiorum Varsaviensi erigeretur, praesertim de Ceslao Sokołowski (1877-1951), postea rectore Universitatis Catholicae Lublinensis et epo auxiliari Podlachiensi, ac Antonio Szlagowski (1864-1956), ab a. 1918 professore homileticae et primo decano huius facultatis (a. 1927-1928 rectore Universitatis et ab a. 1928 epo auxiliari Varsaviensi).

⁴³⁵ Textus huius conventionis asservatur in AV, Arch.Nunz.Vars. 195 f. 523r-528r (II exemplar ibidem in f. 530r-535r).

D) Archiepiscopus Varsaviensis agat apud gubernium, ut extraordinariae expensae a fisco resarciantur.

E) Approbantur salaria officialium a Rectore Convictus proposita.

[447r] F) Archiepiscopus Varsaviensis, inito consilio cum Rectore, eligit Confessarium pro convictoribus.

G) Provisores Convictus: Ill.mi D.ni Stanislaus Gall et Antonius Szlagowski, necnon Rector Convictus, Rev.mus D.nus Gulielmus Michalski⁴³⁶, approbantur.

14). Constitutio scholarum elementarium ab Ordinario Plocensi confecta gubernio est intimanda, ut in nova lege in hac materia condenda prae oculis habeatur⁴³⁷.

15). Emissio iuramenti ab Episcopis et clero nondum mature est agnita. In praesentiarum solum Episcopi et sacerdotes, qui membra Consilii Status sunt, illud emittent iuxta formam in Conferentia electam⁴³⁸.

16). Res Communionis Paschalis anticipandae est Romam delata; antequam nova sequatur decisio, antiqua praxis servetur.

His protocollon finitum et subscriptum est. Die 21 Iunii 1918 a. Varsaviae.

- (-) Achilles Ratti, Visitator Apostolicus
- (-) † Alexander Kakowski, Archiepiscopus
- (-) † Casimirus Ruszkiewicz
- (-) † Stanislaus Zdzitowiecki, Epus Wladislaviensis
- (-) † Antonius Julianus Nowowiejski, Epus Plocensis
- (-) † Marianus Ryx, Epus Sandomiriensis
- (-) Zeno Kwiek, Administrator Dioecesis Lublinensis et Podlachiensis
- (-) Substitutus Episcopi Kielcensis, Antonius Bożek, Canonicus [448r] Cathedralis Kielcensis.

Antonius Karaś, Episcopus Sejnensis seu Augustoviensis, Conferentia absoluta et statutis nondum transcriptis, rogavit omnes Excellentissimos D.nos Episcopos simul congregatos, ut statim liceat sibi in dioecesim ad prosequendam visitationem pastorem interruptam proficisci nomenque eius in statutis ab omnibus subscriptis ponatur.

In fidem 22 Iunii 1918 a.

⁴³⁶ Gulielmus Vincentius Michalski (1879-1943), in Congregationes Missionis ab a. 1896, sacerdos ordinatus a. 1903, ab a. 1918 professor s. Scripturae in nova facultate theologica Universitatis Varsaviensis (a. 1919-1920 et 1927-1931 decanus dictae facultatis).

⁴³⁷ Agitur de emendationibus in ordinatione de scholis elementaribus a Departamento Confessionum et Institutionis Publicae 1 X 1917 edita, propositis ab epo Nowowiejski (asservantur in AV, Arch. Nunz.Vars. 195 f. 538r (II exemplar ibidem, f. 539r)).

⁴³⁸ Vide infra, annexum n. 3.

/-/Alexander Kakowski Archiepiscopus

Exemplar hoc cum originali concordat.

In quorum fidem.

Die 24 Iunii 1918 a. Varsaviae.

Secretarius Conferentiae

Episcopus Plocensis

(a-† Antonius Julianus Epps-a)

a-a) *Manu propria.*

Annexum n. 3:

Propositum formulae iuramenti episcoporum

La formule de serment de l'évêque

(Projet du Ministère des Cultes Religieuses et de l'Instruction Publique)

"Je jure à Dieu Tout-Puissant, Unique en la Sainte Trinité, à la Patrie et à la Nation Polonaise de contribuer par l'exercice des fonctions, dont je suis chargé, à la consolidation de la liberté, de l'indépendance et de la puissance de ma Patrie, guidé par la plus haute considération de la Majesté et du bien de l'Etat Polonais; de garder fidélité au Conseil de la Régence, en qui, jusqu'à l'élection du Roi ou du Régent, réside le pouvoir en chef de l'état Polonais; de servir fidèlement de tout mon âme la Nation Polonaise, d'observer strictement les dispositions de la loi, de ne pas trahir les secrets officiels, de remplir en face de Dieu, de l'Etat et de la Nation les devoirs de ma charge en pleine connaissance de la responsabilité, qui m'incombe.

Ainsi m'aide Dieu et l'innocent supplice de son Fils".

Annexum n. 4a:

Adolfus Szelązek, ex Ministerio Confessionum et Institutionis Publicae
Zenoni Kwiek, administratori dioecesis Lublinensis

Varsaviae, 26 V 1918.

Illustrissime Domine,

Transmissae sunt ad me, propositae Regentibus Regni Poloniae, preces incolarum 7 pagorum: Zarzecze, Wieprze, Kosobudy, Wólka Wieprzycka,

Wierchowiny, Szewnia, Blizów - districtus Krasnostawiensis, dioecesis Lublinensis, eo fine, ut Tecum, Illustrissime Domine, mutuo opiniones conferrem in negotio restitutionis pro istis incolis ecclesiae olim catholicorum - unitorum ritus orientalis in vico Kosobudy, ad erigendam illic paroeciam vel filialem ecclesiam, in quantum Illustrissimus Dominus erectionem eiusmodi possibilem esse iudicaverit. Allatae in praefatis precibus condiciones indicant, oratores habitare ab ecclesia paroeciali in distantia non minus quam 9,2 verstarum (9,81 km); at vero si haberent propriam ecclesiam et sacerdotem in pago Kosobudy, distantia ab hac ecclesia pro oratoribus non esset maior tribus cum dimidio verstis (3,73 km), quod reapse possibilem redderet adimpletionem omnium officiorum religiosorum. Insuper oratores afferunt, sustentationem pro parochio sufficientem praesto esse; praeter enim certos proventus a parochianis, qui fere 2152 numerentur, adesse in loco 100 morgos (55,99 ha) agri, qui proprietatem constituent paroeciae. Iam vero notatu dignum est, in praefatis vicis habitare tantummodo 260 personas schismaticas, ex quarum numero adhuc maior pars habitat in pago Szewnia, ubi schismaticum templum existit, paucissimas autem in Kosobudy, in distantia 3 verstarum a pago Szewnia.

Si causa in se ponderetur, iam primo obtutu patebit, pro bono communi satisfaciendum esse precibus quoad restitutionem ecclesiae in pago Kosobudy, quae quidem ecclesia a duobus inde annis stat deserta sine ullo usu.

Olim ecclesia haec proprietas erat unitorum, non autem schismaticorum. (Postea iniuste a gubernio russiaco in usum schismaticorum conversa est). Cum uniti-rutheni ritum latinum receperant (anno 1905), ecclesia ipsorum, olim ritus orientalis, pro ritu romano eisdem inservire debuisset.

Ceterum ecclesiae in Polonia non tantum unitae, sed etiam templa schismatica sumptis communibus Regni Poloniae aedificabantur; nullo modo ergo censi poterunt proprietas Ecclesiae Russiaca-Schismatica. Restitutio ecclesiae olim unitae petentibus ipsis unitis, qui ritum latinum receperant, iustitia ipsa suadente quantocius facienda est.

His perspectis omni qua par est reverentia Ill.mum Dominum rogo aestimare, an in casu hoc bonum commune et Ecclesiae, praeprimis autem salus animarum non expostulet, ut conatus oratorum recuperandae ecclesiae in pago Kosobudy fulciantur itemque satisfiat precibus de destinando sacerdote, erecta prius paroecia vel quo fieri possit independente filiali ecclesia. Ardentissime rogarem, ut a Dominatione Tua ea praestentur, quae favorabilem decretum de restituenda ecclesia ex parte Generalis Gubernatoris Lublinensis accelerare possent.

In eodem statu manent incolae pagi Żdzanne et finitimorum locorum. Possessor dominii Żdzanne, optime meritis de rebus catholicis Comes Antonius Smorczewski, aedificaverat olim propriis sumptibus in praefato pago ecclesiam, quam gubernium russiacum anno 1875 ad usum schismaticorum nullo suffragante iure destinavit. Tempore promulgationis anno 1905 impe-

rialis Ukaz de tolerantia religiosa incolae loci illius, numero quasi 4 milium, ritum latinum receperunt. Expulsis nunc e limitibus Regni Poloniae Russis, possessor hodiernus dominii Żdżanne, Comes Ioannes Smorczewski, preces Generali Gubernatori Lublinensi die 2 Novembris, 1916 anni, obtulit de restituenda praefata ecclesia in usum catholicorum. Magistratus Civiles Lublinenses dato responso sub No. 11522616 animadvertendum esse putarunt, rem hanc dependere ab opinione Illustrissimi Domini.

Perspectis adiunctis et rationibus; quae identidem pro hac causa sicut pro ecclesia in Kosobudy militant, spectato insuper hoc praecipuo momento, in ecclesia Żdżanne sepulcra adesse fundatoris huius ecclesiae eiusdemque familiae, narrata omnia oratorum firmata esse testimonio parochi ecclesiae Siennicensis, Rev. Czupryński, itemque Decani Krasnostaviensis, Rev. A. Decyusz, in precibus Comitis Ioannis Smorczewski de die 9 Mai 1918 anni, honori est mihi rogare, ut oratores iuventur in recuperanda ipsorum ecclesia, quod simul facultatem praestitisset Illustrissimo Domino erectionis novae paroeciae vel saltem ecclesiae filialis cum destinatione sacerdotis, qui necessitatibus religionis catholicorum in praefatis locis satisfaceret.

Dum in his duobus negotiis responsum benignum Illustrissimi Domini exspecto, maneo cum debita reverentia.

Annexum n. 4b:

Incolae pagorum Turzyniec, Topólcza, Kawęczynek et Żórawica
Ministro Cultus et Instructionis Publicae Regni Poloniae

Topólcza, 17 VI 1918.

Exemplar petitionis incolarum p. Turzyniec

Prośba

Niniejszym ośmielamy się zwrócić do Jego Ekscelencji z pokorną prośbą o łaskawe poparcie naszych starań, porobionych w c[esarskim] i k[rólewskim] Jeneralnym Gubernatorstwie w Lublinie i Rzymskokatolickim Konsystorzu Diecezji Lubelsko - Podlaskiej, aby cerkiew prawosławna w Topólczy, której budowę rząd rosyjski ukończył w 1911 roku, została zamieniona na kościół katolicki dla naszych wsi.

Na poparcie naszej prośby pozwalamy sobie przytoczyć ten motyw, że stałej ludności prawosławnej jest w Turzyńcu 37 osób i w Topólczy 30 osób, czyli razem 67 osób, które nadal miałyby cerkiew prawosławną w Szczebrynie, oddalonym o 5 wiorst od Topólczy, gdy ludności katolickiej jest w Turzyńcu 823 osoby, w Topólczy 674 osoby, w Kawęczynku 240 osób i w Żóraw-

nicy 799 osób, czyli razem 2 536 osób, skupionych około tej świątyni, albowiem odległość najdalej od niej położonych domostw nie przekracza 3 wiorst.

[475v] Żywimy niezachwianą nadzieję, że prośba nasza dozna przychylnego przyjęcia u Jego Ekscelencji; nadzieję naszą opieramy nie na tym, żeby Rząd Królestwa Polskiego popierał ludność katolicką kosztem innowierców, lecz na tym, że nawet przy najdalej posuniętej tolerancji religijnej, wydaje się nam rzeczą najbardziej słuszną, ażeby ludność katolicka, stanowiąca w naszych wioskach 97,5% ogółu ludności, nie była upośledzona na rzecz 38 razy mniej licznej ludności prawosławnej, która stanowi zaledwie 2,5% ogółu naszej ludności.

Uwzględnienie naszej prośby nie powinno wywołać żadnego, choćby najmniejszego niezadowolenia ze strony Rusinów, ponieważ wyżej wymienione 14 rodzin czyli 67 osób prawosławnych w Topólczy i Turzyńcu w rozmowie między sobą używają wyłącznie języka polskiego, a zatem sprawa ta jest czysto wewnętrzną sprawą ludności polskiej.

Na koniec przychylna dla nas decyzja w tej sprawie nie napotka żadnych materialnych trudności, ponieważ byłby kapłan katolickiego przy świątyni w Topólczy byłby najzupełniej zabezpieczony nie tylko dochodami od wyżej wymienionych 2 536 wiernych, lecz i znajdującą się przy plebanii w Topólczy osadą, wynoszącą przeszło 100 morgów ziemi ornej, łąk i lasu.

[następuje 179 podpisów]

Gorącą i usilną prośbę mieszkańców Turzyńca, Topólczy, Kawęczynka i Żórawnicy z całego serca dla ich pożytku duchowego popieram, zaznaczając iż powody do tego są słuszne i oparte na rzeczywistości.

Szczebrzeszyn, 17 czerwca 1918 r.

Ks. Andrzej Wadowski,
proboszcz szczebrzewski, dziekan zamojski

Annexum n. 4c:

Sac. Adolfus Szelażek:
Notitia de precibus incolarum pagi Mircze

Varsaviae, 28 VI 1918.

In Officio ad Negotia Ecclesiastica Gerenda penes Ministerium Cultus et Instructionis Publicae in Polonia comparuit die 28 Iunii currentis 1918 anni D.nus Iosephus Rulikowski, civis Chełmensis, qui retulit: duobus ante mensibus incolae pagi Mircze et finitimorum in districtu Hrubieszów, decanatus Tomaszoviensis, dioecesis Lublinensis, qui olim uniti erant, ab anno

autem 1905 ritum latinum sequuntur, preces ad Generalem Gubernatorem Lublinensem obtulerunt, ut eis ecclesia ipsorum, olim unita, postea a Gubernio Russico schismaticis tradita, restitueretur ad usus ecclesiasticos in ritu latino. Eidem oratori nunc Generalis Gubernator dat informationem, preces hasce transmissas esse ad Gubernium Polonum Varsoviae, quod de his negotiis solum statuere competens censeatur. Reipsa preces eiusmodi adhuc ad Officium non pervenerunt. Ex altera parte Generalis Gubernator retulit, se de hoc negotio egisse cum sacerdote [Oscaro] Czyżewski, a quo eiusmodi res dependere videantur (praefatus sacerdos est superior Capellanus Militum). Idem statuuisse dicitur, ecclesiam non esse reddendam, quia ad ritum orientalem destinari debeat, ubi primum ritus hic in istis locis divulgatur.

Annexum n. 5:

Antonius Lipošćak, generalis gubernator Austriacus Lublini
Iosepho Bocian, epo graeco-catholico Luceoriensi

Lublini, 9 IV 1918.

Mit Beziehung auf das hieramts überreichte Ersuchschreiben Seiner Excellenz, des hochwürdigsten gr[iechisch]-kath[olischen] Metropolit in Lemberg, vom 2 April 1918 um: Kenntnissnahme der von ihm angeordneten Wiederherstellung der griech[isch]-katholischen Diözese in Chełm und der Förderung der durch Euer Bischöfliche Gnaden und die hierzu in Aussicht genommenen griechisch-katholischen Priester sofort aufzunehmenden Missionsarbeit, beehre ich mich Nachstehendes zu eröffnen:

Angesichts der vom Administrator der römisch-katholischen Diözese in Lublin hieramts abgegebenen Erklärung, derzufolge derselbe sämtliche Jurisdiktionsrechte rücksichtlich aller im Bereiche dieser Diözese allfällig wohnhaften griechisch-katholischen Glaubensangehörigen insoweit ausschließend für das Lubliner Ordinariat in Anspruch nimmt, als dasselbe keine anderweitigen authentischen, die kirchlichen Jurisdiktionsrechte abändern den Weisungen des Heiligen Stuhles erhalten haben wird, hat sich das MGG⁴³⁹ bemüht gesehen, maßgebenden Orts nähere Weisungen im Gegenstande zu erbitten.

Hierüber hat zunächst das Apostolische Feldvikariat mit dem Telegramm vom 7 April l.J. wörtlich Nachstehendes mitgeteilt: "Nuntiatur kann die Frage nicht entscheiden, weil es sich um Neuerrichtung einer Diözese handelt und griechisch-katholische Glaubensgenossen rechtlich dem Bischo-

⁴³⁹ Militär-General-Gouvernement.

fe von Lublin unterstehen. Erzbischof Szeptycki und Bischof Bocian⁴⁴⁰ sollen ihre Bitten mit ausführlicher Begründung an Nuntiatur leiten, welche, wenn notwendig, telegraphisch in Rom Weisungen einholen wird".

Ferner hat das AOK⁴⁴¹ mit dem telegraphischen Befehle vom 9 April l.J. angeordnet, daß im Hinblick auf die bestehenden kirchlichen Jurisdiktionsverhältnisse der katholischen Kirche die Verfügungen des derzeit mit der geistlichen Jurisdiktion über alle Katholiken betrauten Bischofs in Lublin bis zu abändernden Verfügungen des Heiligen Stuhles als maßgebend zu betrachten sind, daß weltlicher Gewalt eine Einflußnahme auf die Jurisdiktionsverhältnisse der katholischen Kirche nicht zusteht.

Aus diesen Gründen ist daher auch das MGG dermals nicht in der Lage, das eingangs zitierte Ersuchsschreiben Seiner Exzellenz des gr[iechisch]-katholischen Metropoliten in Lemberg in irgendwelcher Weise zu berücksichtigen, und muß es dem hochwürdigsten Metropoliten anheimstellen, seine Bitte gemäß der oben zitierten Mitteilung des Apostolischen Feldvikariates im Wege der Nuntiatur an die Kurie zu leiten.

N. 47.

Card. Petrus Gasparri
Achilli Ratti

Vaticani, 30 VI 1918.

Rogat, ut colligat informationes, ad restitutionem et provisionem dioecesium Rigensis et Camenecensis pertinentes, et nuntiat summum pontificem ei ad tempus commisisse munus administratoris apostolici pro territoriis quondam Imperii Russici cum omnibus facultatibus, quibus utitur in Polonia.

Or.: AV., Arch. Nunz. Vars. 191 f. 202r-203v (N. prot. 66794). In margine adnotatio: "31 Luglio con inserto".

Ill.mo e Rev.mo Signore,

Fin dallo scorso anno la Santa Sede portò la sua attenzione sulla convenienza di profittare delle mutate condizioni politiche in Russia per miglio-

⁴⁴⁰ Iosephus Bocian (1879-1926). Ordinem presbyteratus suscepit a. 1904. Ab a. 1910 rector seminarii clericorum. Epus Luceoriensis nominatus 10 IX, epus auxiliaris Leopoliensis a. 1924.

⁴⁴¹ Armeeoberkommando.

rare, in qualche modo, le penose condizioni fatte da secoli alla Chiesa Cattolica in quelle regioni.

Relativamente all'assetto territoriale e gerarchico delle Diocesi, la Santa Sede ritenne di procedere subito alla nomina dell'Arcivescovo di Mohilew nella persona di Mgr. De Ropp, ed alla restituzione delle diocesi di Minsk di rito latino, affidandola alle cure di Mgr. Sigismondo Lozinski, Canonico di Mohilew. Si era pure progettata la restituzione delle diocesi di Riga e di Kamenetz, di rito latino, dismembrando la prima dall'estesissima Archidiocesi di Mohilew e togliendo la seconda all'amministrazione del Vescovo di Luck-Zitomir, ma desiderandosi più ampie informazioni al riguardo e condizioni di fatto che fossero garanzia di una durevole esistenza per le diocesi medesime, si rimandò la decisione ad altro tempo.

Ora però la Santa Sede avendo ragione di temere che i continui cambiamenti politici in quelle regioni, possano intralciare gravemente la progettata restituzione, la quale inoltre è da molti ritenuta urgentemente necessaria, si è affrettata a prendere nuovamente in esame il grave argomento. E per quanto essa riconoscesse che per assicurare una stabile organizzazione delle due diocesi, specialmente quella di Riga di cui non si possono ancora definitivamente fissare i confini, mancano tuttora molti elementi, come fondi, sacerdoti, istituti diocesani ecc., decise in massima di ristabilire subito le due diocesi suddette, affidando la prima al Rev.do Edoardo O'Rourke, parroco di San Stanislao a Pietrogrado⁴⁴², e l'altra (quella cioè di Kamenetz) al Rev.do Pietro Mankowski⁴⁴³.

Prima però di procedere alla spedizione delle relative bolle, la Santa Sede ha ritenuto utile rivolgersi alla Signoria V.ra Ill.ma, affinché ella colla massima sollecitudine s'informi se nulla osti all'attuazione della diocesi medesima, sia per quanto concerne tali restituzioni, come pure per ciò che si riferisce alla scelta dei candidati. Pertanto, qualora a di Lei giudizio non vi fossero difficoltà al riguardo, me ne dia subito avviso per telegrafo, ed in pari tempo annunci pubblicamente che la Santa Sede ha restituito le due diocesi di Riga e di Kamenetz, nominando a Vescovo della prima Mons. O'Rourke, ed affidando la seconda a Mons. Pietro Mankowski. Se invece esistessero delle difficoltà me ne scriva sollecitamente. Affinché poi ella possa già avere qualche dato a sua disposizione, stimo opportuno accluderle copia di una Ponenza a stampa preparata dalla S. Congregazione degli Affari Ecclesia-

⁴⁴² Eduardus O'Rourke (1876-1943). Sacerdos ordinatus est Caunae a. 1907. A. 1917-1918 dioecesis Minscensem, tamquam vicarius generalis aepe Mohiloviensis Eduardi de Ropp, administrabat. Epus Rigensis nominatus est a. 1918. A. 1921 regimini dioecesis renuntiavit, deinde, prout epus tit. Caneensis, fungebatur munere "delegati apostolici" in regionibus ad mare Balticum sitis. A. 1926 nominatus est epus Gedanensis, cui episcopatus a. 1939 renuntiavit et factus est epus tit. Sophiae.

⁴⁴³ Petrus Mańkowski (1866-1933). Presbyteratus ordinem accepit Zytomeriae a. 1899. Epus Camenecensis a. 1918 nominatus. Confecto bello Polono-bolsevico a. 1920 gesto, tota eius dioecesis territorio sovietico incorporata est. In Polonia tum commorabatur in oppido Buczac, unde usque ad a. 1925 dioecesis suam administrabat. Postquam 9 II 1926 episcopatus renuntiaverat, nominatus est aepus tit. Aegeaensis et Vlodimiriae in Volinia sedem suam et domicilium collocavit.